3 1197 22996 2748
BRIGHAM YOUNG UNIVERSITY
LIBRARY
Brigham Young University
RARE BOOK COLLECTION
NK
4099
.S5
S75
1704
No.1-2

II. N. 4. 1.2.

~~II. 1580 1.2.~~

$65

AD

REVERENDISS. ATQVE ILLVSTRISS. DOMINVM,

DOMINVM

MICHAELEM IOSEPHVM FIBIGER,

SACRI ORDINIS MILITARIS CRVCIGERORVM CVM RVBEA STELLA SVPREMVM PER SILESIAM ET POLONIAM MAGISTRVM, ET AD D. MATTHIAE APVD WRATISLAVIENSES PRAELATVM,

DE

VRNIS IN SILESIA LIGNICENSIBVS

ATQVE

PILGRAMSDORFIENSIBVS

EPISTOLA

II - 1580

M. CHRISTIANI STIEFFII,
LIGNICENSIS SILESII.

WRATISLAVIAE ET LIPSIAE
APVD CHRISTIANVM BAVCHIVM,
Bibliopolam.
ANNO MDCCIV.

9V

Kirchmannus Lib. III. cap. XI. pag. 400. Inſcriptionem hanc nouam & Neoſtadii in Auſtria, & Wratislauiae in Sileſia ſe legiſſe meminit in Epitaphio duorum Epiſcoporum:

CERTA. DIES. NVLLI. MORS. CERTA. INCERTA. SEQUENTVM.
CVRA. LOCET. TVMVLVM. QVI SAPIT. IPSE. SIBI.

REVERENDISSIME
ATQVE
ILLVSTRISSIME
DOMINE,

DOMINE GRATIOSISSIME,

QUam per tot menſes hactenus intra cancellos preſſi, frena iam mordet,& in lucem ex-

ire geſtit, noſtra de VRNIS IN SILESIA LIGNICENSIBVS ET PILGRAMSDORFIENSIBUS Epiſtola, tenue quidem ac vile ſcriptum, ſi ſucceſſum elaborationis metiar, eius tamen generis, quale multi ex cordatioribus ciuibus meis deſiderarunt. Diu fefelli ſpes illorum, & prodire in conſpectum publicum dubitaui, quod monumentorum quorundam vberior noticia deeſſet. Nolui tamē vlterius occultare iſtas antiquitatis patriae reliquias, quae per XIII. XIV. aut XV. Secula iam intra terrae viſcera delituerunt, ſed ab vmbrarū tandem & obliuionis iniuria poſtli-

mi-

minio quaſi vindicatas in ſolem ac diem exponere apud animum meum ſtatui. Tibi autem, REVERENDISSIME PRAESVL, nuncupandus fuit labor iſte multis de cauſſis: tum quod plura hactenus a Te in me collata ſunt fauoris plane ſingularis documenta; tum etiam, quod in doctiſſimis RENOVATAE SILESIOGRAPHIAE HENELIANAE Scholiis nihil reliquum aut omiſſum voluiſti, quod ad laudem patriae vrbis LIGNICENSIS facere aliquid potuit; tum praecipue, quod fauori Tuo ſoli vitam in acceptis referant Vrnae noſtrae. Ad priſtinas enim & aeternas haud du-

bie tenebras damnari debuiſſent, niſi ab orco quaſi illas reuocaſſet indulgentiſſima dextera Tua, quae auctorem, quae typographum liberalitate ad omnem aeui perennitatem depraedicanda, plus vice ſimplici adiuuit. Redit ergo ad Patronum ſuum haec lucubratio noſtra, quam CONIECTANEA dicere poſſem, quod in quibusdam articulis non rationibus, ſed coniecturis pugnandum fuit. Credo interim aliqua inibi eſſe, quae licet a paucis ante me fuerint obſeruata, veritati tamen, ſi quid intelligo, non repugnant. Iudicia quorundam ſiniſtra parum reformido, quis

enim

enim in argumento ita difficili o-
mnium expectationi ex aſſe vn-
quam ſatisfecerit? Sufficit autem
mihi, quod conatus iſti Tuam
conſequuti ſunt adprobationem,
cui propter Henelium noua ve-
ſte adornatum, & in lucem pro-
pediem publicam exiturum, im-
mortalem nominis celebritatem
& aeternas grates vniuerſa debe-
bit Sileſia. DEVM precor, ut
iisdem auſpiciis BRESLOGRA-
PHIAM quoque HENELIA-
NAM, & quae alia ſub manu
habes, quantocyus per grauio-

ra

ra Magiſterii Tui Eminentiſſimi negocia licet, in orbis litterarii conſpectum emittere poſſis! quod praeter alios ardenter optat

REVERENDISS. ATQVE ILLVSTRISS. NOMINIS TVI

Scribebam Lipſiae exeunte Martio Anni MDCCIV.

Cultor obſequioſiſſimus
M. CHRISTIANVS STIEFF.

CHRI-

CHRISTIANI HELWICH, Phil. & Med. Doct. & Leopoldinae Naturae Curioſorum Academiae Coll. ad Rdſſimum Perill. ac Ampliſſ.

DOMINVM MICHAELEM IOSEPHUM FIBIGER, ad S. Matthiae Vratislauiae Magiſtrum &c. epiſtola.

Reuerendiſſime Domine Praelate &c.

TAmetſi ſeueris ſemper coerciti fuerint poenis, qui ſepulchra mortuorum violarunt, (nam peruulgatae noticiae eſt, quod ex Seueri reſcripto *ſepulchri violati poena in eo capitalis, qui armata manu cadauera ſpoliauit, in alio autem, qui ſine armis id fecit, ſit poena metalli, & quod humilioris fortunae reus ſummo ſupplicio afficiatur, ſi corpora ipſa extraxerit, vel oſſa eruerit, honeſtior autem deportationis ſubeat poenam,*) omni tamen laude digni ſunt, qui alio quam illi, quibus leges poenas irrogant, fine ſepulchra antiquorum effodiunt, vel cineres, vel oſſa ipſorum eruunt, quod a Viris Clariſſimis noſtra Patrumque aetate in Germania quoque noſtra ac Septentrionalibus regnis fuiſſe factum, Te, Reuerendiſſime Domine, minime latet. Non alio ſane conſilio labores iſtos pectore impauido, non ſine ſacro tamen horrore aggreſſi ſunt, quam vt antiquitates patriae quiſque ſuae denſa caligine inuolutas illuſtrarent, quo in ſtudio ſi lento, ſed pede non titubante docti Viri perrexerint, fortaſſis etiam aliqua ſeſe ſimul offerent,

quae ſolertium virorum coniecturas de antiquiſſimo prouinciarum ſtatu iuuare queant. Rem norunt, qui Olai Rudbeckii *Atlanticam*, Conringium in Coniect. *de antiquisſimo ſtatu Helmſtadii & viciniae* cum iudicio vnquam euoluerunt. Lux etiam aliqua, quod mireris, ex obſcuriſſimis quoque his monumentis rebus naturalibus affulgere cœpit. Dum enim terra a Viris curioſis, ac in inueſtigatione ſepulchrorum veterum occupatis varie fuit effoſſa, clarius innotuit, quid de ſtratis terrae & varietate eorum ſentiendum ſit. Notum quippe eſt, quod praeſtantiſſimi aliqui viri in ea ſint ſententia, *terram eſſe compoſitam ex ſtratis ſibi mutuo impoſitis & fere ad Horizontem obliquis, & ſtrata illa in terra argilloſa colore inter ſe diſcrepare, variisque in locis eſſe fiſſa, hiatus vero omnes vnius coloris materia refertos ad ipſa ſtrata eſſe perpendiculares*, vt in Stenonis, Raii, aliorumque operibus luculentius expoſitum eſt. Quid, inquam, de hac ſententia ſtatuendum ſit, ex parte antiquorum effoſſio tumulorum docet. Fallor aut etiam hinc aliquam fœneratur lucem agitata inter eruditos quaeſtio de origine corporum, quae eruuntur e terris, & ſimilia deprehunduntur iis, quae in fluido concreſcere videmus. Nec vrnarum conſideratio ſua deſtituitur vtilitate. Iam non attingam illas, in quibus veteres Romani quondam ſuorum mortuorum & concrematorum reponebant cineres, quae oſſuaria interdum etiam inſcriptione ornata fuerunt, vt *Iuliae Fuſciniae*, *Aetilii, Rufi & vxoris* &c. Sed tantum de iis verbulum addam, quae in Borealibus oris hodie adhuc eruuntur. Horum vaſculorum, ac eorum, quae in iis continentur, paulo accuratior inſpectio diſcuſſit communem de *cuneo fulmineo* (von dem Donnerkeile) errorem. Nam non pauci inter eruditos a temporibus Auicennae & Auerrois crediderunt, lapidem aliquem ſeu telum e nubibus, dum fulminat, euibrari, & quidem ex Phyſicis non poſtremae claſſis. Non immerito nuper admodum Clariſ. Keillius inter veros & mechanicos Phyſicos in *Introductione*

ne ad veram Phyſicam numerat Hieronymum Cardanum, qui communi opinioni nihilominus fauere videtur *Lib. de Fulgure cap. 4.* vbi inter alia haec habet: *Quaedam ſunt fulmina, in quibus adeſt lapis tamen ſemper exiguus, quia non poſſet deſcendere cum tanto impetu, & cuditur & atteritur illiſus, & hunc vocant Catebata, quia euertit turres, domos, plantas, quaſi immiſſus a Ioue.* Magnum in Phyſicis nomen eſt P. Honorati Fabri, enimuero nec ipſe abhorret ab hac de lapide fulmineo recepta paſſim ſententia, vt colligere licet ex his illius verbis: *Fulmen aliquando in cuneum ſaxeum concreſcit, nempe terreſtris materia admixta & cum igne cocta indureſcit, vt teſta, later, & alia huiusmodi, non tamen ſemper adeſt fulminis ille cuneus* &c. Tom. 3. Tract. 6. Lib. 5. prop. 4. n. XI. pag. 502. Et licet ſententia illa, quae in Scholis de lapide, cui quondam Anaxagoreus fuit ſimillimus, aliquo tempore regnaret, ab immortali gentis ſuae lumine Petro Gaſſendo in Epicur. Philoſ. pag. 1023. ſqq. non ficulneis rationibus impugnaretur, & praeterea effectus fulminum iuxta leges percuſſionis & Mechanicae ex ictu lapidum, quorum aliorumque ſolidorum miniſterio in ſtupendis ſuis operibus vix natura vti ſolet, deduci non poſſe in propatulo eſſet, fluctuabant tamen Viri eruditi, donec ſedulus vrnarum ſcrutator, cuius cadauer triſti fato mari merſum eſt, IO. DANIEL MAIOR, Wratislauiae non minus, quae eius patria eſt, quam Academiae Cimbricae, in qua Profeſſorem egit, aeternum decus, nos certiora edoceret ex ipſis vrnis, in quarum ſingulis fere cuneus eiusmodi lapideus ei oblatus eſt; vnde quidem prudenter colligit, telum eiusmodi arti humanae debere natales, & quondam inſtrumenti bellici vices expleuiſſe. Summa Opuſculi, quod Bevölckertes Cimbrien inſcribitur, raritas vult, vt aliqua ex pag. 44. 45. inde excerpamus. Priori loco ita loquitur: Dieſer Art Keilen ſind bloß von Menſchen Händen aufm Felß geſamlet/ und ſo dann in ſolcher Figur oder äuſerlichen Geſtalt gebracht; wie dann diß

an ihnen gemein / daß an denjenigen / die nicht gantz glatt / man viel Merckmale befinden kan / daß hin und wieder kleine Stücklein mit Hämmern oder andern Steinen davon geſchlagen worden / biß ſie die Keilförmige Geſtalt bekommen. Von den glatten aber kan ich ein oder zwey Exempel weiſen / daß das Poliren an ihnen nicht zu Ende gebracht / ſondern die zuletzt geſchehene ſchärfere oder tiefere Schleif-ſtreiche lang herab / noch gantz deutlich zu ſehen; Ja in den Schwediſchen / Gottländiſchen / Schoniſch-Däniſch und unſern Cimbriſchen Rieſen-Gräbern iſt diß gar gemein / daß ie bey ſo genennten Donnerkeilen auch ein Wetzſtein oder Stücke davon gefunden werde. Pag. vero poſteriori ita ſcribit: Glaube vielmehr / daß die Donnerkeilen zu uhrälteſten Zeiten den Gebrauch einiger Wehr oder Waffen beerdigter Ritterſtandes-Perſonen gehabt / daß die — — Donnerkeile vermutlich darzu gedienet / ſie mit geballter Fauſt zu halten / und damit im Duell auf das Capitolium des Gegners loßzuſtürmen. Cum itaque hanc de Oſſuariorum deſcriptione fouerem ſententiam, a Rdiſſima Dominatione Tua mihi communicatam doctiſſimi Iuuenis *Chriſtiani Stieffii, LL. AA. & Philoſophiae in Academia Lipſienſi Magiſtri*, diſſertationem auide perlegi, nec laboris ſuſcepti, quamuis concatenatae me circumuallarent aliae occupationes, poenituit: imo, vt verum fatear, meum demulſit animum natiua, & non anxie quaeſita ſtyli elegantia, lectio varia, non proletaria rerum Sileſiae cognitio, & amor in illuſtres patriae cineres, frontemque variis moleſtiis & clinicis periodis caperatam explicuerunt. Cum praeterea etiam Perilluſtri & Reuerendiſſ. Dignitati Tuae Dominus Stieffius eruditionis ſuae copiam argumento non vno probarit, nec ſcaeuis vnquam moribus fuerit cognitus, rem Tua, Praeſul Ampliſſime, pietate & in Sileſiam amore dignam feceris, ſi creſcentem eius in magna animum tali confirmaueris approbatione, vt ſub Clariſſimi Tui Nominis auſpiciis hac diſſertatione politiſſimus ille Dn. Magiſter famam ingrediatur.

Ego ſane non tantum illi eo nomine prolixe gratulabor, ſed &, ſi meae res eſſet poteſtatis & arbitrii, efficerem, vt loco Sileſiticarum Vrnarum, quas adeo diligenter ac nitide deſcripſit, ab aliis aureae & argenteae ſubſtituerentur, quibus quondam illuſtrium Virorum oſſa fuiſſe condita auctores habeo Homerum, Eutropium, Ammianum Marcellinum aliosque. Hanc eruditiſſimam Stieffii noſtri diſſertationem euoluenti varia inciderunt, vt hoc Tua pace, Domine, commemorem, praeprimis aliqua de cauſa introducendi pasſim moris, vt corpora prius cremata humo tegerentur. Nam vix ſatisfaciunt, qui Moſchionem ſecuti anſam aut occaſionem datam huic ritui volunt ex gigantaea feritate mandendi homines, cuius abolitae ſignum ſit illa corporum in cineres reſolutio. Nec hoc ritu primi eius auctores cadauera ab incurſu auium, ferarumque tantum arcere, & qualemcunque in morte honorem exhibere voluiſſe cenſendi ſunt, vt vt tanquam grauem ac facinoroſis dignam deſcribant poenam feris ac volucribus in praedam iacere. Apud Virgilium legimus:

— — non te optima mater
Condet humo, patrioue onerabit membra ſepulchro:
Alitibus linquere feris. — — —

Nec nodum diſſoluunt, qui ad arcendum foetorem hunc fuiſſe morem inuectum arbitrantur: nam corporibus ita vt ſunt ſepulchro illatis paſtui abominando occaſio praeſcinditur, prohibentur ferarum iniuriae, & humanae naturae dignitas vindicatur, nec noxa ex cadaueroſo odore metuenda eſt. Cum apud Graecos pleroſque mos cremandi obtinuerit, quamuis alter ille Cicerone & Plinio teſtibus fuerit antiquior, non inepta coniectura eſt, eos crediſſe, facilius hac via corpora redire in elementa & in materiam primam, de qua varia

 com-

commenti ſunt, praeprimis aeternitatem ei tribuendo, commutari. Atque haec cauſa eſt, cur Chriſtiani a comburendis mortuorum cadaueribus perpetuo manum abſtinuerint, etſi propterea Gentiles experirentur aduerſarios, quorum nomine Minucius Felix ait, *quod execrentur rogos & ignium ſepulturas damnent Chriſtiani.* Quidquid vero de hac re ſit, non vane cum Cicerone inferri poteſt, cum e multis aliis rebus, tum e caerimoniis ſepulchrorum, inſitam fuiſſe priſcis Sileſiae incolis, *non ſic exceſſu e vita deleri hominem, vt funditus intereat*, haeſiſſe in eorum mentibus, *mortem non eſſe interitum omnia tollentem atque delentem, ſed quandam quaſi migrationem*, niſi enim natura ipſa de immortalitate animorum tacita indicaſſet, non ita iis fuiſſet curae ſepultura, qua de re latius diſſeritur Lib. I. Rom. Subterr. cap. 2. p. 6. & 7. Qua quidem in re Chriſtiana fides multo magis fundata eſt, ac quondam Ethnicorum. Ad ſpem immortalitatis morem honeſte condendi corpora ex noſtris retulit Prudentius canens:

Quidnam ſibi ſaxa cauata,
Quid pulchra volunt monumenta,
Niſi quod res creditur illis,
Non mortua, ſed data ſomno.

Vrnae vero illae & Tractatus Stieffianus mihi in memoriam reuocarunt Sceleton illud in Theatro Anatomico Lugduni Batauorum, quod quodam vexillo inſculptum exhibet: NOSCE TE IPSVM, atque me aeque mortalitatis admonitum fateor ac Felicem Platerum Medicum, Sceleto Anatomico ei obuiam venienti, cum ſera nocte domum reverſus in Muſeum ſeſe conferret, & eandem aliis, opinor, vtilitatem praeſtabit.

Antequam has finiam litteras, non poſſum celare, me magno flagrare deſiderio, vt priſca Sileſiorum monumenta, (hoc eſt, lapides ſepulchrales) characteribus peregrinis, & niſi prorſus fallor, Runicis inſignita, a coeno & ſqualore liberata, a doctis viris in lucem protrahantur. Nam eiusmodi in Sileſia paſ-

ſim

ſim occurrere ſaxa, dubium non eſt, ac patuit, cum templum ad S. Claram Wratislauiae ex primis fundamentis excitaretur, vbi tria, niſi memoria me decipit, eius generis fuere oſtenſa mihi eo fine, vt meam de iis ſententiam circumſtantibus aperirem. Nec dubitem in aliis etiam locis illas antiquitatis reliquias cerni, quae ſi in conſpectum hominum prodirent, de antiqua incolarum Sileſiae gloria teſtari poſſent. At haec praeclara monumenta deſpectui habentur & ſqualent ſordibus obſita ac diuturnitate temporum fere detrita ac exeſa: nam

— *Sua ſunt quoque funera ſaxo,*
Et rigidae cautes cumulant ſibi clade ruinas.

Nec dubium eſt, quin multa eiusmodi cimelia hominum inſcitia prorſus abſtulerit, aut ſorte ad infames detruſerit vſus, cum quibus tamen melius agitur ac illis, quae crudeles lapicidarum manus nobis eripuere. Qua de re grauiter queſtum in Dania quondam eſſe meminimus Clariſſimum Olaum Wormium, aliosque viros cordatos. *Ardua eſt illa prouincia, nec exigui operis*, vt iamiam laudatus Wormius loquitut, *duriſſimarum cautium fugitiuas notas retrahere*, *totque ſaeculis ſepulta reſuscitare*, *& cum temporum tempeſtatumque violentia bellum gerere.* Fortem haec & exercitatum requirunt virum, cuius animum nulla deiiciant obſtacula. Enimuero periodi Clinicorum laborum iubent deſinere, ſed non aliter certe quam in fide atque cultu Tui Nominis, Reuerendiſſime Praeſul, quod dum Hiſtoriae Sileſiae vlla erit laus, omni ſtudio atque diligentia celebrabitur. Omnem meam in Te, Domine, pietatem feſtinatiſſimus Stylus non capit. Deus Te ſeruet ſaluum, & ſoſpitem praeſtet, vt multi patrocinio Tuo frui queant. Dabam Wratislauiae in Muſeo d. 12. Decembr. Ao. 1703.

Syllabus Tabularum aenearum, quibus figurae ſunt inciſae.

Tab. I. continet oſſuaria proprie ſic dicta, quae inter Pilgramsdorfienſis vrna eſt, cuius pag. 20. lin. 1. mentio fit.

Tab. II. complectitur eiusdem generis vrnas ferales, Lignicenſes aeque ac Pilgramsdorfienſes.

Tab. III. exhibet ollas culinarias, vaſcula cereuiſiaria, & alia quaedam vtenſilia, quae cinerariis adiuncta fuiſſe, pag. 21. ex Becmanno docuimus.

Tab. IV. oſtendit opercula duo, vaſcula quaedam lachrymatoria falſo ſic adpellata, vrnas binas Romanorum, Monumentum Palangariorum, & Columbarium ex Fabretto; nec non alias quasdam antiqui funeris apud noſtrates reliquias, annulum inprimis ferreum, mucrones iaculorum vel ſagittarum, (vid. pag. 31. lin. 21.) particulas informes metalli liquefacti, &c.

Tab. V. repraeſentat

a.) ferrum bifurcatum duorum cubitorum & quod excedit, cuius vſum ignoramus. vide diſſert. noſtrae pag. 5. lin. penult.

b.) fibulas, acus, & ſtylos numero ſex. vide pag. 28.

c.) fragmentum annuli maioris, ex metallo mixto.

d.) globum ex metallo mixto, welcher vielleicht zu den Knot-Peitſchen gehöret/ de quibus pag. 33. lin. penult.

e.) cotem, de qua pag. 32. lin. 11.

f.) frameam, de qua pag. 30. lin. 21. 23.

g.) cultrum, de quo pag. 31. lin. 2.

h.) circulum octuplum ex auro puro, duorum ducatorum pondo aequantem, ductilem, & ad crines colligendos vinciendosque fortaſſe adhibitum.

i.) inſtrumentum ex agris Martisburgenſibus prope vrnam effoſſum, cuius mentio facta p. 31.

k.) tres numulos ex argento, Schmigelii in Polonia in agris repertos, quorum, quod ſerius nobiſcum ſunt communicati, in ipſa diſſertatione epiſtolica non meminimus. Vt pondo a nobis exactum eſt, primus 16. ſecundus $15\frac{1}{2}$, tertius autem $12\frac{1}{2}$ granorum fuit, qualia in pharmacopoliis ad ſcrutinia ponderum adhibent. Figuras in iis exſculptas Schematiſmi exhibent: cuius vero aetatis aut nationis ſint iſti tres numuli, alteri cuidam occaſioni vel diſſertationi reſeruamus, quando iam quidem ob penuriam temporis, & feſtinationem typographi, curioſius illos examinare non potuimus.

Sepul-

I.

SEpulchrales veterum Sileſiorum Vrnas, illorum ſigillatim, qui agros LIGNICENSES & PILGRAMSDORFIENSES incoluerunt, ante hos viginti fere ac quatuor annos primum diligentiore cura obſeruatas, & in medium nunc à me productas, oculis tuis ſiſto, REVERENDISSIME DOMINE, non ea quidem mente, quod laureolam in muſtaceo quaerere, vel aliis, quibus longe maior eſt patriarum antiquitatum noticia, ſcriptionis argumentum praeripere velim, ſed ut animum ſeuerioribus alias ſtudiis intentum atque feſſum his quaſi Muſarum delectamentis reficerem, & erga Ciuitatem, quae me naſcentem excepit, charitatis officium explerem. Quum enim praeter illos, qui generatim de funerum apud antiquos ritibus volumina compoſuerunt, SEPTENTRIONALIVM VRNAS ab *Olao Rudbeckio*, *Ioanne Loccenio*, *Olaó Wormio*, *Thoma Bartholino*, *Oligero Iacobeo*, *Ioanne Daniele Maiore*, *Chriſtiano Detleuo Rhodio*, *Matthia Henrico Schachtio* & *Iacobo Mellenio*, STOLPENSES in Pomerania ab *Iacobo Colbergio*, VESONTNAS a *Ioanne Iacobo Chiſletio*, a *Ioanne Smetio* VARIAS, MOGVNTINAS a *Ioanne Craſtone Hiegellio*, ILEBVRGENSES a *Ioanne Georgio Franckio*, HAYNENSES a *Chriſtiano Adolpho Balduino*, LVTHERSTADIENSES a *Dauide Sigismundo Buttnero*, PRVSSICAS a *Chriſtophoro Hartknochio*, IERICHOVIENSES, KOETHENAS, ARNSTADINAS & RV-

DISLEBIENSES à *Ioanne Chriſtophoro Oleario*, qui & indicem illorum, quos de Vrnis aliquid tradidiſſe nouit, ad diſſertationis ſuae calcem adiecit, SARMATICAS ab *Iacobo Mellenio*, qui *Rhodii* etiam de CIMBRICIS obſeruationes inter *Noua litteraria Maris Balthici* recenſuit, NORIBERGENSES à *Ioanne Iacobo Leibnitzio*, ad cuius *Memorabilia Bibliothecae Noribergenſis* accedit *Chriſtophori Arnoldi* de HYDRIOTAPHIA, hoc eſt, Vrnis ſepulchralibus in agro Anglorum NORTFOLCIENSI repertis, atque à *Thoma Brownio* anglice deſcriptis, epiſtola gratulatoria, MARCHICAS à *Ioanne Chriſtophoro Becmanno & Gotthilf Treuero*, alias tandem ab aliis (quis enim omnes enumeret?) egregie deſcriptas offenderem, gratulatus ſum communi patriae noſtrae SILESIAE, quod & ipſa ciues talium reliquiarum non incurioſos genuerit.

II. Vt enim illorum ex auctoribus modo laudatis non amplius meminerim, qui noſtratibus quoque oſſuariis in recenſu aliorum locum aliquem, licet exiguum, dederunt; ecquem latere poteſt *Georgii Vberi* de TREBNICENSIBVS Vrnis ſcripta Wratislauia d. 31. Ianuar. MDXLIV. ad *Andream Aurifabrum* epiſtola, ab Henelio Cap. III. Sileſiographiae Renouatae §. 51. laudata? quarum eo lubentius mentionem facio, quod primae, ſi recte recordor, fuerunt, quas maiores noſtri poſt inſtauratas elegantiores litteras ex vulgi manibus & priorum ſeculorum obliuione vindicarunt, & quarum nonnullae ſubſequutis temporibus effoſſae, tanquam auctarium Muſeo Ordinis Tui ſplendidiſſimo acceſſerunt. Proximas his ad latus pono, quas in pago RANSERN anno MDCXIV. effoſſas Bibliotheca Magdalenaea iam poſſidet, ab *Ioanne Daniele Maiore*, *Nicolao Henelio* & *Caſpare Cunrado* Med. Doct. breuiter explicatas, cuius etiam de illis hiſtoriola in adpendice *orationis Colerianae de Bibliotheca modo dicta* ſub litteris initialibus C. C. D. comparet. Quod ad WILTSCHENSES attinet, qui

pagus

pagus eſt Ducatus Olsnenſis, de iis praeter ea, quae ex *Schedis Oehmbianis* Ipſe *Scholiis Tuis* addidiſti, dignum omnino lectu eſt fragmentum epiſtolae ad celeberrimum Polyhiſtorem Tenzelium ab *Anonymo* quodam *Wratislauienſi*, ſed teſte oculato & rei gnaro ſcriptae, quod *Colloquiis* ipſius *menſtruis* anni 1696 inſertum legitur. (pagg. 648-655.) Enimuero in tanto eruditionis adparatu, quem ad illuſtrationem praeſtantiſſimi operis Heneliani, Tuis propediem auſpiciis in lucem prodituri attuliſti, id prima vice mirum mihi viſum fuit, qua ratione inter OLLAS SILESIORVM VETERVM FVNEBRES calamum tuum effugerint SCHWEINIZIO-CRANENSES, LIGNICENSES & PILGRAMSDORFIENSES VRNAE, reliquis Germaniae noſtrae, ſiue colorem ſpectes & figuram, ſiue materiem & repertas in iſtis oſſium, cinerum ac fibularum & armorum reliquias, haudquaquam ignobiliores. Et illas quidem anno 1684. in ipſa Arcis Cranenſis area inuentas, cum ab Illuſtri Heroe JO. CHRISTOPHORO DE SCHWEINITZ proſa pariter & carmine Germanico eleganter celebratas, tum ab *Friderico Lucae* in *Sileſiorum*, quod vocat, *Chronico* memoratas, ex profeſſo iam non attingam, in hoc ſolo acquieturus, ut LIGNICENSES & PILGRAMSDORFIENSES ab aeterna temporum caligine & Scriptorum incuria vindicatae in conſpectum a me publicum exponantur.

III. Qua quidem commentatione ſuperſedere poteram, ſi Viro quondam Ampliſſimo GEORGIO THEBESIO J.V. D. & Curiae Lignicenſis Syndico, vitam longiorem fata indulſiſſent, ut praeſtantiſſimum opus, quod ANNALES LIGNICENSES A PRIMA VRBIS ORIGINE AD NOSTRA VSQVE TEMPORA DEDVCTOS inſcripſerat, perducere ad umbilicum, & cum orbe erudito communicare potuiſſet. Exorandi certe ſunt publico quaſi nomine Thebeſiani Haeredes, ut ultima tandem operi manu ad-

mota non diutius in cancellis premant doctiſſimas tanti Viri curas, neque fruſtrentur vota ciuium, qui nobiliſſimum Auctorem ſubſidiis omnibus, quae ad iſtiusmodi opus neceſſaria videntur, multifariam inſtructum, correxiſſe nouerunt diligenter atque copioſe illorum errores, qui Ducum inprimis Lygio-Bregenſium hiſtoriam innumeris hactenus mendis foedarunt. Equidem quae ad inſtitutum noſtrum proxime trahas, non multa fortaſſis erunt in Thebeſianis voluminibus, ſed compenſaſſet defectum Viri ibidem maxime Reuerendi, M. DAVIDIS SCHINDLERI, Paſtoris apud Lignicenſes Mariani epiſtola, quam de Vrnis noſtratibus ad Thebeſium texere in animo habuit, ni & iſte litteratiſſimus ciuis, *qui primus ex omnibus antiqui funeris apud majores noſtros reliquias patriae ſuae detexit*, ſcribendae huius epiſtolae propoſitum ob grauiora negocia dudum abieciſſet. Succeſſit huic deſtinato nouus deinde Atlas, Vir Excellentiſſimus, GEORGIVS ANTONIVS VOLCKMANNVS, Philoſophiae & Medicinae Doctor ac in patria Practicus, qui cum de omnibus in Sileſia, tum de illis praecipue, quae Lignicii ab ipſo ſuiſmet manibus extractae e terra fuerant ollae ferales, hiſtoricam deſcriptionem meditatus eſt, ſed & huic alia quaedam obſtiterunt, quo minus hactenus promiſſis ſtare, & laborem uniuerſae Sileſiae gratum abſoluere potuerit. Quum igitur Duumuiri iſti, Patroni ſingulariter a me & aeternum colendi, de Tuo in Henelio illuſtrando conatu, & omiſſa dicto loco patriarum Vrnarum vberiori mentione edocti eſſent, quas ipſi hoc de argumento collegerant obſeruationes, lubentiſſime mecum communicarunt, quibus Nobiliſſ. D. VOLCKMANNVS XVI. Tabulas cum iconiſmis ollarum eleganter & cum cura ad viuum delineatis adiecit, conceſſa ſimul venia, vt praeſtantiorum apographa per pictorem fierent, & commentatiunculae meae insererentur. Quidquid ergo de iis in medium iam profero, id omne olim in itinere, quo Lipſiam properabam, oculis atque

atque auribus hauſi, & nunc iterum ex ipſorum litteris ad me exaratis didici, quarum adeo ſolus quaſi interpres audirem, niſi ex aliorum de ſimili argumento ſcriptionibus ſubnatae mihi eſſent notulae nonnullae, in quibus, quantum noſtrates Vrnae ab aliis differant aut cum iis conueniant, breuibus explicandum duxi. Vt autem iuſto ordine inſtituatur examen, quo nimirum loco, quo ſitu, quibusue a populis exſtructa ſint haec conditoria, quae ollarum in tumulis altitudo, quis color, qualis materia & ornatus, quis reliquiarum in vita vel funere ornando uſus, quae denique aetas iis adſignanda ſit, placuit praemittere breuem inuentae huius antiquariae ſupellectilis hiſtoriam, ac dein ſingula ſpeciatim exponere.

IV. Annus agebatur ſuperioris ſeculi octogeſimus fere, quum eruditisſimus modo laudatus Vir M. DAVID SCHINDLERVS inter deambulandum ad agricolam aliquem in MONTE FIGVLORVM ſic dicto, diuerteret, atque in huius aedibus vrnulam ſepulchralem forte quadam conſpiceret, arena, qualem ad lotiones vaſculorum vulgus adhibet, ab uxore ruſtici refertam. Interrogato igitur aedium domino, undenam acquiſiuiſſet vrceolum, reſponſum accepit, ſaepius in agris inter fodendum inueniri ollas eius generis magno numero, oſſibus utplurimum, cinere, arena, carbonibus & fruſtulis aereis plenas, quas tamen, quod in terra molles admodum ſint & raro integrae extrahantur, parum curent, quando a meſſoribus & famulitio poſt cibum in agris captum, oſſa iſthaec una cum vaſculis in terra fuiſſe defoſſa perſuaſum ſibi habeant. Cum deinde copiam illarum in poſterum fieri ſibi peteret SCHINDLERVS noſter, accidit interiecto breui tempore, ut aliquot ſepulchra iisdem in agris detegerentur, quorum ollae pleraeque, cum reliquiis ibidem inuentis, oſſibus nempe ſemicrematis, cinere, cote, globulis quibusdam ex metallo mixto, fibulis & ferro bifurcato, ad ipſum ſunt delatae. Effoſſi ſunt poſthac pluribus vicibus ferales hu-

iuſcemodi caccabi, & per viros antiquitatum ſtudioſos ab agricolis aere paruo redemti; quos inter optima, credo, ſorte gauiſus eſt Nobiliſſimus Vir, D. VOLCKMANNVS, qui annis XCVII. & XCVIII. quum foſſores ad hoc inſtitutum conduxiſſet, quamplurimas illarum detexit, quas etiam, quod ipſe praeſens operi adeſſet, ſuis manibus, ne frangerentur aut deperderetur aliquid reliquiarum, ex agris multa ſeptas arena extraxit, molles in aërem ad duritiem recipiendam expoſuit, & quid conditum in iis fuerit, curioſe perluſtrauit. Erat illis varia figura & magnitudo, ſitus vero plerumque talis, ut VIII. X. aut XII. minores maximam, quæ in medio poſita erat oſſibus



& cinere plena, in modum circuli aut duarum linearum ambirent, qualis item a Treuero in Marchicis obſeruatur. Oſſa maiora aliquoties circa maximam poſita, intus vero vel ad latera nonnunquam fibulas aeneas, acus, fragmenta annulorum, lancinulas cum clauulis, & globulos metalli mixti offendit. Anno MDCXCIV. PILGRAMSDORFII, qui pagus eſt in finibus Ducatuum WOLAVIENSIS & GLOGOVIENSIS ſitus, in planicie camporum, usque ad montem quendam, accolis den Schmirſeberg dictum, detecta ſunt multa talismodi Vrnarum conditoria, quarum ectypos praeſtantiores etiam ad me miſit praefatus D. VOLCKMANNVS. Qua vero in re aliquantulum differant a LIGNICENSIBVS, infra erit diſpiciendi occaſio.

V. Vrbem LIGNICENSEM peruetuſtam Piaſteae ſtirpis in Sileſia Principum ſedem, a LYGIIS Sueuorum quadam fortiſſima natione primum conditam atque inſeſſam, vnde & NOMEN ſuum haud dubie accepit, a BOLESLAO dein ALTO circa annum 1170. ex lignea latericiam factam, & pro captu ſeculi munitam fuiſſe, Hanckius *in Tract. de Sile-*

ſiorum

ſiorum Maioribus cap. X. §. *33. 37.* Illuſtriſſimus Heneliani operis Scholiaſtes *cap.1.* §. *17. p.60.* & Thebeſius *in Annalibus MSSCt.* contra aliter ſtatuentes abunde probant, ex quibus hoc etiam conſtat, Seculo XII. nomen Ciuitatis Legnitz/ Seculis XIII. XIV. & XV. Legnitz & Lignitz promiſcue, ab Seculo XVI. autem ad hanc usque noſtram aetatem Lignitz ſemper in uſu fuiſſe. Inter ſuburbia loci numerandus eſt MONS FIGVLORVM, der Töpfer-Berg / ad occaſum & ſeptentrionem vergens, cuius latus ſiniſtrum pagus Waldaw / dextrum pagus Boberaw & *humus paludoſa*, noſtratibus der Bruch dicta, cingunt. Vnde monti *Figulorum* nomen inditum ſit, haud facile definitur. Bitſchenius certe, cuius de tributis & vectigalibus vrbis liber in Curia hodienum adſeruatur, & ex quo multa didicit Thebeſius, ad annum MCCCCLI. expreſſis verbis ſic adpellatum ſcribit, *quod olim plures ibidem figuli habuerint domos ſuas*, ab Huſſitis demum, qui ſuburbia flammis deleuerant, ſedibus ſuis expulſi. Et potuit ſane fieri, ut a primis etiam incunabulis, quum pago ex illorum temporum more ſimilior eſſet Ciuitas, quam urbi, habitauerit illic *tribus Figulorum*, quorum commerciis, quod non procul inde abeſſet Vſtrina, locus videbatur perquam opportunus. At vero quod pace aliorum fiat, ſi coniectare in iſtis antiquitatum tenebris licet, mallem denominationem monticuli ab *ollis* potius quam a *figulis* deriuare, & pro Töpfer-Berg ſcribere Töpfel-Berg/ his potiſſimum rationibus inductus, quod antiquiſſimis temporibus, quibus cremare cadauera, collectasque ex fauillis reliquias in ollis condere uſu obtinuit, publicus ibi fuit funerum locus, & *ollarum in monticulo conditorium;* ac dein, quod alius quidam prope Trebnicium mons non à *figulis*, ſed ab *ollis* ibi olim reconditis & hodienum ſaepenumero inuentis der Töppelberg adpellatur. Verum haec mea ſaltem coniectura eſt, quam nemini inuito obtrudendam, aut publicam veterum in Curia chartarum auctoritatem per

eam

eam labefactatam vel euerſam volo. Conuerto me potius ad ipſum monticulum, cuius accolae ſubiacentes campos flaueſcentis arenae pleniſſimos, indefeſſo labore poſt longam in hiſce finibus pacem, frumentationi aptiſſimos & ita fertiles reddidere, ut ad *Rubiae tinctoriae* plantationem per multorum annorum decurſum vix ſolum melius inuenerint. Quum itaque ad plantae huius ſationem altius effodienda ſit terra, & maiores ſulci faciendi, quam quos aratro glebis alias inducunt coloni, inde factum eſt, vt quibusdam in locis buſtorum veterum reliquiae, Vrnarum ſcilicet fragmina in conſpectum prodirent, quae illi auidis primum oculis & ſuſpenſa in euentum mente collegerunt, vbi vero pro theſauro carbones inuenti, ſimplex & ad indignationem procliuis plebecula quidquid ollarum, oſſium, & cinerum e gremio terrae fuit erutum, id omne diſſipandum prorſus & frangendum iudicauit, atque adeo nulla eius rei indicia Viris litteratis innotuerunt, donec annus ſupra mille ſexcentos octogeſimus ea felicitate & *inuentionis palma SCHINDLERVM noſtrum decoraret.* Pagus PILGRAMSDORF, cuius ſupra iam mentionem inieci, quarto ab Lignicio lapide, pone Lubenam vrbem, in finibus Ducatuum Wolauienſis & Glogouienſis ſitus, ad generoſiſſimum aliquem Heroem ex Illuſtri ZEDLIZIORVM Familia ſpectat. Is ad ſeptentrionem valle, ad reliqua latera continuis collibus & ſyluulis cingitur, unde riuus per mediam arcis ZEDLIZIANAE aream profluens, non procul ab loco, quo inuenta ſunt oſſuaria, molendinum rotat. Duobus dein ſtadiis a pago meridiem verſus non exigua camporum planicies, ad collem vsque Schmirſium, (Schmirſeberg) in quo magni nominis idolum extitiſſe olim fama eſt, ſe porrigit, vbi poſt terram ad pedis aut cubiti altitudinem effoſſam, in media arena, (de cuius apud Wiltſchenſes colore ſingulare experimentum legitur in fragmento epiſtolae Anonymi Wratislauienſis apud Tenzelium,) Vrnarum indicia

ſtatim

ſtatim ſe offerunt, ea tamen differentia, quod illarum maxima, quae in agro Lignicenſi medium inter reliquas locum habet, hic ſaepiſſime vltima, lapide etiam rudi, non operculo figlini operis tecta, tota inſuper Ollarum cohors corona lapidari cincta ſit, qualem apud *Saxonicas* Olearius & Butnerus, apud *Cimbricas* Rhodius & Maior, apud *Sarmaticas* Mellenius, apud *Marchicas* Treuerus, apud *Wiltſchenſes* Oehmbius & Anonymus Wratislauienſis deprehendere. In Lignicenſibus agris (quod & de Lutherſtadienſibus innuit Butnerus cap. I. p. 12.) nulla interius lapidum ſtructura fuit obſeruata, altius tamen defoſſae ſunt, ad duos nonnunquam cubitos, quamobrem iis maxime ſe produnt, qui nouam agri portionem ad culturam rubiae aptare contendunt. Atque hinc quidem elucet priſca Germanorum, ad quos originem & morem referebat populus LYGIORVM, ſimplicitas & honorum contemtus, *quibus* ex Taciti teſtimonio (*German. 27. 3.*) *Sepulchrum ceſpes erigebat, quod monumentorum arduum & operoſum honorem, ut grauem defunctis, adſpernarentur.* An erecti fuerint a maioribus tumuli quidam ex lapidibus maioris molis, quales apud *Koethenenſes* obſeruatos Olearius narrat, quosque in *Cimbria* vſitatiſſimos eſſe Maior & Rhodius tradunt, haud certo affirmarim, neque enim lapidum huius generis veſtigia in campis noſtris comparent: niſi dixeris, Principibus tantum & primoribus populi exſtructos fuiſſe tumulos ex ſaxis, quae ab ruſticis vel ad vſus domeſticos abducta, vel vt agrum redderent fertiliorem, ſtudioſe collecta & aliorſum aſportata ſint. Caeterum haec ipſa ſepulchrorum apud LYGIOS veteres interior ſtructura alia plane eſt ab ea, quam in Romanis per Italiam omnem obuiis videmus. Vt enim de ipſis Vrnis nihil iam dicam, quas ſua infra loco a noſtratibus magnopere differre monſtrabimus, ſumma omnino cura fuit Romanorum, vt monumenta ipſis fierent ex marmore vel lapide cocto, vt erigerentur in monumentis ac ſe-

B pul-

pulchris arae & ſtatuae, vtque imponerentur ollis cinerariis Tabulae marmoreae & opercula *perforata*, quae in libationibus cinerum aut ſepulchri pro lachrymis ſuorum recipiendis aperta ſunt relicta. Extant apud Smetium in *Inſcriptionibus antiquis* fol. CXXI. CXXXIV. CXL. icones, heic loci ideo a me non adpicti, quod à Iacobo Gutherio *de Iure Manium Libro II* inſerti occurrant. Notæ ſunt item Inſcriptiones apud Gruterum (p. 992. 33.)

ET. QVICVNQVE. TVIS. VMOR. LABETVR. OCELLIS
PROTINVS. INDE. MEOS. DEFLVAT. IN. CINERES.

Et apud Reineſium:

D. M.
INIICE. SI. PIETAS. VSQVAM. EST. SVSPIRIA. ET. IMPLE.
MECVM. HOSPES. LACRYMIS. MARMORIS. HOC.
VACVVM.
NAM. FORMAE. EXEMPLVM. PERIIT. CVM. OBIIT. MEA. LYDE.
QVAM. PERIERE. HOMINES. VEL. PERIERE. DII.

Quum vero apud Smetium *monumentum lapideum ollas quatuor complectens* ſpectandum exhibeatur, operae hic precium duxi, ex Raphaelis Fabretti Vrbinatis, *Inſcriptionum Antiquarum, quae in aedibus paternis adſeruantur, explicatarum volumine Romae 1699. fol. typis exſcripto*, libro apud Veſtrates haud dubie rariſſimo, de monumentis iſtiusmodi, quae *Columbaria* fuerunt dicta, quaedam excerpere. Poſt enim paullo, quam litteratiſſimus auctor capite primo de *Titulis & Columbariis* inſcripto, *Columbaria* dixiſſet eſſe, ſub quorum fornice ollae cinerariae quieſcebant, cuius etiam vocis originem & homonymiam fol. 9. 10. oſtendit, & Reineſii errorem refutat, qui *Columbarium* pro camera, in qua columbae alerentur, aliquando explicuit, ſtatim ſequentia ſubnectit: *ne*, " *inquam, in dubium res trita, multisque inſcriptionibus, vt* " *videmus, illuſtrata, amplius reuocetur, placuit ob oculos ponere*

ipſa

ipſa enumerata decem columbaria, atque in eis ollas XXXX. *pro-" ut ſub ſcalis monumenti Palangariorum in agro Fonteiano, via" Aurelia, appoſita hac epigraphe apparuerunt, vno ex ipſis co-" lumbariis maiori modulo ad caeterorum intellectum delineato:"*

Q. CAECILIVS. Q. L
PRIMVS. EMIT. IN
MONIMENTO. PALANGAR
IN. AGRO. FONTEIANO. QVOD EST
VIA. AVRELIA. IN. CLIVO. RVTARIO
PARTE. SINISTERIORE. COL
VMBARIA. N. X. OLLARVM
N. XXXX. SIBI ET
CAECILIAE. Q. Q. L. ATTICE
CONIVGI. SVAE. ET
Q. CAECILIO. SVCCESSO. L. SVO
ET. Q. CAECILIO. FRVCTO. L. SVO
ET. LIBERTIS. LIBERTABVS
SVIS. POSTERISQVE. EORVM
HAEC. COLVMBARIA. ET. OLLAE
ALIO. NOMINE
NEMINEM. SEQVENTVR
ET. ITA. VT. AREA. QVAE
EI. CEDIT. MONIMENTO
COMM. VSI. LICEAT. ET
SACRIFICIVM. FACERE

Locupletiora & quadruplicia haec Columbaria nunquam alibi" me videre memini, niſi tantum in Conditorio quodam ad Viam" Appiam laeuorſum, vbi aſſurgere incipit poſt Almonem fluuiolum" in vinea D. Banchi celebris Doctoris Phyſici, quod ob incredibi-" lem loculamentorum huiusmodi copiam, tres capaciſſimas aulas" ab imo ad ſummum implentium, libertis domus Iuliae ab" Auguſto ſtatutum aliqui, ne ze mere meo iudicio credunt. Fre-" quentiores ſane, vt diximus, duplices ollae, in vnoquoque co-"

" *lumbario recipiebantur, vt ex hoc meo marmore, aliisque ſubſe-*
" *quentibus patet:*

C. AVILLIO. LESCHO
TI. CLAVDIVS. BVCCIO
COLVMBARIA IV. OLL. VIII
SE. VIVO. A. SOLO. AD
FASTIGIVM. MANCIPIO
DEDIT

L. ABVCCIVS. HERMES. IN. HOC
ORDINE. AB. IMO. AD. SVMMVM
COLVMBARIA. IX. OLLAE XIIX
SIBI. POSTERISQVE. SVIS

" *In ſuburbano Mazzantium Via Aſinaria:*

L. ABVCCI. CASTI. ABVCCIAE. AVRAE
L. ABVCCI. MAXIMI. ABVCCIAE. HEDONE
COL. VIII. OLLAE. XVI. LINEA. PERPETVA

Haec verba ſunt ipſius Fabretti, qui in ſequentibus docet, *Columbaria* vocata quoque fuiſſe *Ollaria* & *Aedificia*, id quod tamen, vt parum ad ſcopum noſtrum faciens, in medio relinquimus. Reuerſi igitur ad noſtratium *Columbaria*, in quibus non bina vel quatuor oſſuaria, ſed multo plura, ad decem ſaepius & quindecim reperiuntur, *primo* quidem Coemeterium hoc loco fuiſſe publicum credo, *Quietorium, Requietorium, Conditorium, Agrum ſomni, ſedem, domum Aeternam, & Internam ſecuritatem* (1) in Romanis inſcriptionibus dictum; *ex hoc autem ſequi* ſtatuo, conſediſſe olim in his finibus CIVITATEM aliquam LYGIORVM, quae & loco adpellationem indiderit. Latiſſime patere LYGIORVM nomen in plures Ciuitates diffuſum, Tacitus aſſerit *Germ. XLIII. 4.5.* qui & valentiſſimas aliquot nominat, ita tamen, vt, cuinam ex illis adſcribenda ſit Patriae meae poſſeſſio, dubius ſim. *Apud*

NAHAR-

(1) *Gutherius de Jure Manium L. II. p. 308-310.*

NAHARVALOS antiquæ religionis lucum oſtendi, Sacerdotem muliebri ornatu praeſidere, nulla ſimulacra, nullum peregrinæ ſuperſtitionis veſtigium eſſe, Numinis nomen ALCIN vocari, incolasque hoc ipſum ad modum, quo Romani CASTOREM POLLVCEMque memorant, vt fratres ac iuuenes venerari, idem Tacitus nos docet. Quaenam Curaei de hoc ſacro luco ſit ſententia, parte prima apud ipſum legi poteſt, qui NAHARVALOS neſcio quibus de cauſſis ad Lithuaniae fines paene relegat. Cluuerius *Lib. 1. c. 30 Commentariorum de Germania Antiqua* parum adfert, quod ſcrupulum nobis eximere poſſit. Si coniecturae locus eſſet, putarem antiquae religionis lucum conſtitui debere vel prope LVBENAM & PILGRAMSDORFIVM, in cuius monte Schmirſio cultum fuiſſe celebre quoddam idolum perhibent, vel prope LEVBVSIVM ad ripas Guttali, quo fanum Gentis olim ſtetiſſe, cultusque barbari ſacra floruiſſe communi opinione firmatur. Monaſterium certe LEVBVSIUM religione loci cultum, & Seculo XII. ſub BOLESLAO ALTO antiquitate iam clarum fuit, fanum vero aliquod Leubuſienſe hodienum ſupereſt, ad Chriſtianae Religionis vſus ante hos quaſi quinquaginta annos conſecratum. An vero hoc ipſum, quod nunc cernimus, idem illud ſit, quod ante octo vel nouem ſecula, quibus idola ſectabantur adhuc maiores noſtri, exſtructum & frequentatum fuit, cordatioribus merito & iis qui nouerunt, quid aera lupinis diſtent, diſcutiendum relinquo. Id quidem certum eſt, legi aliquot verſiculos in limine huius tenoris:

DAEMONIS ARA PRIVS TVA TRANSIT IN ATRIA CHRISTE.

reliquas verborum particulas aëris & pluuiarum iniuria deleuit. Quod dum refero, non poſſum non ex Anonymi, qui anilibus fabulis vltra modum delectatus fuiſſe videtur, carmine latino, barbariem ſeculorum ſuperiorum admodum re-

dolente, quod de primitiua Monaſterii LVBENSIS fundatione ſcripſit, fragmentum ab Amico patriarum Antiquitatum ſtudioſiſſimo mecum communicatum, riſus tantum gratia adducere:

Eſt locus iſte LVBENS IVLIO de Cæſare dictus,
Sclauoniſando loquens conſueuit dicere vulgus
LVBENS pro IVLIVS, qui primus caſtra metatus
Iſthic, & populus eius phanum veneratus &c.

Verum vt ab nugis hiſce ad id, vnde digreſſus eram, reuertar, quamuis Taciti aeuo nullus idoli arte fabrefacti cultus ibi fuerit, quod eius verba innuunt, potuit tamen accidere ſeculis poſterioribus, quibus SLAVI ac VENEDI ex SARMATIA progreſſi vniuerſam Prouinciam ſui iuris fecerunt, vt NAHARVALI, quorum maxima pars in illis gentium migrationibus ſedes antiquas reliquit, ab iiſdem SLAVIS ſubacti, victorum quoque Sacra ſequi, & in luco apud eos ſacro fanum exſtruere, Idolumque aliquod SLAVICVM recipere ac colere coacti fuerint, cuius horrendi ritus monumentum diu poſt Euangelii myſteria inter poſteros publicata, ad noſtram fere memoriam durauerit. Caeterum quod poſt recenſitam NAHARVALORVM religionem ARIOS Tacitus ſubiungit, & hos quidem tanquam fortiſſimos artiumque bellicarum callentiſſimos celebrat, ſcrupulum id mihi mouit, annon ARII fuerint proximi ac vicini NAHARVALORVM, atque adeo LIGNICENSIS & LVBENENSIS ager, ſi non NAHARVALIS, ARIIS certe vna cum Vrnis in eo defoſſis adſignandus ſit: quum praeſertim ex annalibus patriae probari poſſit, primis iam atque antiquiſſimis temporibus conſediſſe circa hos fines Equitum atque Nobilium generoſisſimorum numeroſam ſobolem, & prae aliis armorum gloria ſemper floruiſſe. At vero haec ſola eſt coniectura mea, in nullius contemtum aut praeiudicium ſcripta, a qua facile tranſiturus ſum, ſi meliorem edoctus fuero.

Id

Id vnicum ſaltem addo, HEGETMATIAM Ptolemaei haberi a quibusdam pro LIGNICIO, argumentis ex priſca Germanorum voce Häge-matten deſumtis, quae prata paſcuis apta denotat, quorum hic bene multa ſunt, & in circumiecto agro iucundum adſpectum praebent. Quin immo VALENTINVS ARITHMAEVS LYGIO-Sileſius, Academiae Francofordienſis in Marchia Profeſſor olim Publicus, in Epitaphio ſuo HEGETMATIA-SILESIVM ſe nominaſſe dicitur. Verumtamen haec per ſe ſola fidem non facere, rectiſſime docuit illuſtris Polyhiſtor SCHVRTZFLEISCHIVS, & ſatis habet gloriae Patria mea, ſi a Viris antiquitatum Sileſiacarum probe gnaris pro LYGIORVM CIVITATE ac ſede quadam peruetuſta agnoſcitur, quod praeter originem Nominis, paſcuorum maxime, aquationis & lignationis abundantia demonſtrat.

VI. VRNAS iſtas, quarum nomine omnis generis ac formae vaſcula in tumulis iſtiusmodi feralibus obuia complector, Maio tantum menſe ſub feriis Pentecoſtes, aut in D. Ioannis Baptiſtae vigilia (vnde & nomen ipſis apud Marchicos Johannes-Töpflein) reperiri, aut ab ipſa natura produci, non vero arte aut manu eſſe fabrefactas, quidam ſibi perſuaſerunt. Cromerum, Münſterum, Schwenckfeldium, Olorinum, Neandrum ac Mattheſium huius fabulae Patronos citant Butnerus & Treuerus, qui & ipſa (1) Mattheſii verba profert in medium. Vtrum vero Neander vocandus ſit ad partes illorum, adhuc dubito. Quum enim in *Phyſica ſua* (*Part. I. p. 127.*) ex Georgii Agricolae traditione dixiſſet effodi in Saxonia, Luſatia, Thuringia, natiuas alicubi ollas, molles in terra, ſed foris lapideſcentes, easque Germanica interpretatione dici Erd-Töpfe / ſicut oſtraciten Topffſtein / refutaturus idem opinationes vulgi ſtatim ſubiungit: *nonnullis in locis Germaniae etiam Vrnae fictiles & lapideas effodiuntur, in* qui-

(1) In der Berg-Poſtill *conc. XV. p. 196.*


quibus cineres mortuorum combuſtorum conditi fuerant, antequam religio Chriſtiana recepta fuit: eas imperitum vulgus intra terras eſſe natas ſibi perſuadet. In omnibus operculo tectis cineres, in aliquibus carbones, in aliquibus annuli reperiuntur. Veram eſſe Neandri in his verbis ſententiam faterentur omnes, qui diuerſum ab ea quid ante ipſum olim ſtatuerunt, ſi in noſtra litterarum & antiquitatis luce vſurpare deberent oculis ſuis detectas paſſim intra terram cameras & oſſuaria: quorum quidem, quod ad noſtrates attinet, figuram pariter ac materiam multum ab Romanis differre, ac proinde pro Romanis haberi non debere in aprico eſt. Formatas apud Quirites ex auro, argento, cupro, aere, vitro, marmore, variique generis lapidibus memorant auctores, qui de Vrnis aut ſepulchrali pompa ſcripſere, plurimarum vero hanc nobis figuram, cuius ectypum adieci, Petrus Apianus & Bartholomaeus Amantius inter *ſacroſanctae vetuſtatis Inſcriptiones* (3) exhibuerunt. Lignicenſium & Pilgramsdorfienſium eadem *figura* eſt, quae in Marchicis Treueri, in Sarmaticis Mellenii, in Lutherſtadienſibus Büttneri cernitur. Sunt enim rotundae aliae, aliae planae, acuminatae, depreſſae, duabus, vel vna, aut nulla etiam anſa praeditae, ſtriis, lineolis, globulis, variisque aliis ductibus, ſed rudi Minerua, interſtinctae, quarum inter elegantiſſimas totius Sileſiae referendae ſunt SCHWEINIZIO-CRANENSES & LIGNICENSES nonnullae. De *Labris* idem hoc loco monendum eſt, quod in Wiltſchenſibus notauit Anonymus Wratislauienſis, ad cuius accuratam deſcriptionem ablegare tuto poſſum lectorem curioſum, quod cum noſtratibus maximam partem conueniant. *Materia* omnium argillacea eſt, indicium priſcae ſimplicitatis, qua maiores animum ab inani funerum faſtu prorſus alienum declararunt. Cranenſes, & illa ex Pilgramsdorfienſibus, quam oſſibus & cinere adhuc plenam depinxit CL. D. VOLCK-

MAN-

(3) *Liber prodiit Ingolſtad. 1534. fol.*

Tab. I.





MANNVS, ex terra nobiliore videntur effictae, quando illarum fragmina metalli aurarii micas quasdam argillae miſtas oſtendunt. Per autem vero ſimile videtur, non eſſe verum auratilem puluiſculum *balucam* Iuſtiniano Imp. & *balucem* Plinio dictum, ſed ſterile tantum, vt ita loquar, nitidum aurei coloris, quales auri ſplendorem mentientes particulas argillae, lapidibus, & arenae interſperſas ſaepenumero in agris noſtris obſeruauit laudatiſſimus D. VOLCKMANNVS. *Color* pro diuerſitate coctionis aut materiae variat: ſaepiſſime tamen griſei, ſubrutili, rubei, crocei, fuſci & ſubpallidi coloris vaſcula offendunt coloni, quorum quaedam modo intus, modo extrinſecus *nigredine* ſunt obducta, qualem in Cimbricis nuper etiam notauit Cl. Rhodius. Vnde illam attraxerint, an a foco, quod vtenſilia fuerint & igni adpoſita; an vero ab ipſa ſtatim materia, quae ex argilla nigricante conſtitit, in tractu apud nos Ceruimontano valde obuia; aut a manu opificis, qui ollas oleo ante quodam, quam prunis & flammis torrefierent, inungere, atque adeo *nigras* ex fornace extrahere potuit, in dubio eſt. Nigricantes quidem Vrnas in funere Principum atque Nobilium, non autem plebeiae conditionis hominum adhibitas fuiſſe Treuerus aſſerit, cauſſas tamen haud aeque reddidit. Et probabilior forſan illorum eſt ſententia, qui ad exemplum Buttneri in medio rem relinquunt, aut illas mecum Nobilioribus perſonis adſignant, quae vel ſocias plures habent, vel magnitudine & lineolarum ductibus, aut adiectis ex aere fibulis aliisque veſtium & armorum reliquiis, vel ipſa etiam forma ſtructurave notas quasdam ſingulares prae ſe ferre videntur. Caeterum in griſei ſubpallidique coloris vrceolis *laeuorem* aliquem atque *polituram* animaduertere Anonymus Wratislauienſis & Nobiliſſ. D. OEHMBIVS, quorum ille hanc artem laevigandi maioribus vſitatam noſtra aetate ignorari (4) ſcribit:

C Hic

(4) *apud Tenzelium p. 652.*

Hic vero quum ante biennium apud ipſum aliquando inuiſerem, & multa humanitate exceptus de variis inſtructiſſimi Muſei cimeliis cum eo colloquerer, ex hoc ipſo laeuore ſtriarumque varietate probauit, fuiſſe ex maioribus noſtris in media ſeculorum illorum barbarie nonnullos, qui artium mechanicarum non plane rudes, *encauſto quoque pingere figulinum opus* nouerunt. Quod certe dum ſcribo, adſentiri vix poſſum Patrono cuidam ex ciuibus meis aeternum alias obſeruando, cuius, *quod maiores rotae figulinae vſum non calluerint*, opinio eſt. Equidem diffiteri non poſſumus, deprehendi in externa nonnullarum ſuperficie notas violentae impreſſionis & cauitates a pollice fabri figulatoris profectas, atque adeo maſſam argillaceam formae ligneae impreſſam & ad eius exemplar manu effictam videri. At enimuero ſi encauſti noticiam habuere, quod ex his Taciti (5) verbis probauerim: *quaedam loca diligentius illinunt terra ita pura ac ſplendente, vt picturam ac lineamenta colorum imitetur*; ſi Anacharſis Scytha rotulae figulinae inuentor eſt, quis crederet, ciues eius atque illorum vicinos deſtitutos fuiſſe illius vſu, & prae vna rotula fabricaſſe tot formulas & archetypos ligneos, quos tam mira vrnarum, ſi magnitudinem & figuram ſpectes, varietas requirit? Id interim pro certo habeo, ductus linearum, qui, in externa parte comparent, ornatus ſolum gratia ſtylo ligneo vel aereo inciſos eſſe, nec dici poſſe characteres aut initiales nominum litteras, iocumque ſapere id, quod a Treuero alicubi in hanc rem narratur. Quamuis enim apud Apianum & Amantium inter *Sacroſanctae vetuſtatis inſcriptiones* Vrna extet cum inſcriptione figuli: FAVSTVS FECIT: ſola tamen, quod ſciam, Romanorum haec fuit conſuetudo, qui non lucernas tantum nomine illorum, quorum cinis aut oſſa in monumentis condita ſunt, & artificum nonnunquam, qui eas architectati fuerant, ſed carmina etiam, epita-

(5) *German. XVI. 4.*

Tab. II.



pitaphia & nomina dignitatesque defunctorum Vrnis inſcripſere, cuius rei exemplum apud eosdem Apianum & Amantium, atque in Ioannis Baptiſtae Ferretii *Muſis Lapidariis* huius tenoris occurrit:

VRNA. BREVIS. GEMINVM. QVAMVIS. TENET. ISTA. CADAVER.
ATTAMEN. IN. COELO. SPIRITVS. VNVS. ADEST.
VIXIMVS. VNANIMES. LVCIVSQVE. ET. FLAVIVS. IDEM,
SENSVS. AMOR. STVDIVM. VITA. DVOBVS. ERAT.

Molles madidasque in terra Vrnas eſſe & liqueſcentes fere ob aſſiduum humorem inueniri, Henelius noſter memoriae prodidit, quod & de noſtratium quibusdam dicendum eſt. Cauſſa eius rei non alia, quam coctionis & ſoli, in quo ſunt depoſitae, diuerſitas. Neque enim omnia iſthaec vaſcula ad ignem fuiſſe cocta quaſi & toſta, ſed ad ſolis radios expoſita, quaedam & in aëre libero torrefacta, defectuque dein aliorum ad condendas cremati cadaueris reliquias adhibita, indicio eſt color, & quam ab aëre ambiente poſt extractionem recipiunt durities. Illa certe oſſuaria, quae ab fornacis figulinae calore ſoliditatem iuſtam conſequuta ſunt, nunquam in terra niſi maxime humida liqueſcere, docuerunt me D. VOLCKMANNI litterae, in quibus hanc quoque cauſſam eſſe adiecit, cur terminis lapidibus, quibus agrorum fines & vicorum limites diſtinguebantur, ſuppoſita reperiantur teſtarum fragmina. Immo effoſſa eſt haud ita pridem in agris Martisburgenſibus prope pagum *Carbethe*, tantae magnitudinis & ſoliditatis Vrna, vt ab laſciuiente ruſticorum plebecula multis lapidum ictibus diffringi vix potuerit. Mollitiem Marchicarum Treuerus paſſim adnotat, cumque ſub pinu arbore inuentam a ſe dicat vrnam, per quam radices ipſae

 trans-

tranſierint, ſimilem iconiſmum adieci ollae cuiusdam Pilgramsdorfienſis, plenae alias oſſibus ac cinere, per quam & ipſam, quod in terra mollis admodum eſſet ac liquida, arbores ſuperimpoſitae radices egerunt. *Opercula Vrnarum* raro ſalua illaeſaque extrahi, quod ea primum ligonis ictum ſemper excipiant, in confeſſo eſt apud omnes. Qualis illorum figura ſit, ectypi docent: neque vnquam inuenta ſunt apud nos perforata, quorum foraminula ad libationes cinerum pro lachrymis ſuorum recipiendis aperta relicta Fabrettus fol. 63 credit, Rhodius autem, ſi recte memini, ad exhalationem vaporum ab oſſibus ſemicrematis facta ſtatuit. In noſtris operculis globulorum atque anſularum vel foraminulorum loco cauitas quaedam a pollice figuli argillae impreſſa conſpicitur: quodque alibi frequentius eſt, in noſtris tamen agris raro lapides operculorum inſtar eſſe, teſtes oculati adfirmant. Erit operae precium adſcribere in hanc rem verba quaedam Anonymi Wratislauienſis (6): "Ich habe auch eine Stürtze zu einem ſolchen Topfe "gefunden/ die zwar rudi Minerua gemacht/ aber doch unſern "thönernen Stürtzen ziemlich gleich/ ohne daß oben an ſtatt des "Knopfes ein gevierdtes Oehr ſtehet/ mit einem Loche/ wo-"durch ein Finger gehen kan. Dergleichen Stürtze habe ich ſonſt "nirgends geſehen. Quibus quod gemella ſunt verba quoque Büttneri (7) de Vrnis Lutherſtadienſibus ſubiungo: Unſere Vrnas fande man etzliche unbedeckt/ doch die meiſten mit thönernen Deckeln verſehen; über etliche zugleich lag ein Stein zwey Ellen lang und anderthalb Ellen breit. Die Steindeckel waren ungearbeitete Bruchſtücke: So war die Geſtalt der Deckel gleichfalls unterſchieden. Die meiſten wie zugeſpitzte Mützen/ höher oder niedriger/ doch daß der unterſte Theil/ ſo auf dem Topfe ruhete/ auſſer proportion eingebogen war. Dieſer waren etliche mit kleinen Henckeln verſehen/ dadurch man kaum einen

(6) *apud Tenzelium an. 1696. p. 653. ſeq.* (7) *cap. 16. p. 96.*

einen Feder-kiel bringen konte. Unter andern fand oberwehnter Studioſus Hr. Schele einen Deckel/ gleich einem Baret geſtalt/ und oberhalb mit einer Gruben/ welcher alleine lag/ und keinen Topf unter ſich hatte. Es mag wol seyn/ daß dieses nicht ſo wol ein Deckel/ als anderes Gefäſſe geweſen/ dergleichen an Brat-Pfannen/ Näpfen/ Schüſſeln ꝛc. Hr. Treuer wil gefunden haben/ und dem Churbrandenburgiſchen Raritäten-Cabinet einverleibet worden. Quae dum ſcribo, quaeſtio ſuboritur, cur Vrnae maiori cinere ac oſſibus plenae adiecta ſemper inuenias octo, decem, ac duodecim nonnunquam alia vaſcula arena tantum & humo referta? Quas *Nimiſchae*, pago milliari Gubena diſtante, eruit celeberrimus Becmannus Profeſſor Francofurtenſis, (8) vniuerſum adparatum culinarium, caccabos, ollas, catinos, phialas, patinas, vrceolos, lagenulas ipſi praebuerunt, ſola ſartagine excepta, quae tamen itidem in manu Rev. Viri, Dn. Goth. Treueri, Eccleſiaſtae illius loci, eſt. *Semper quoque* (verba ſunt ipſius Becmanni) "*vacuas inuenimus & ordinarias vrnas circumiacentes, ſolae curatius tectae & oſſibus ac cineribus repletae occurrerunt una, duae, tres, ſine dubio prout funerum curatoribus olim placuit, pro quarum numero & circumiacentes maiori minorive multitudine conſtiterunt, decem, viginti, & amplius, raro pauciores. Commenti itaque ſumus, ſolas vrnas medias reliquiarum conditoria fuiſſe, caeteras tot figuris diſpares adiectas, quod ex veteri Theologia plerorumque Septentrionalium & Orientalium populorum Europae crediderint, animas poſt obitum hominum cibo adhuc egere, eoque eſculenta & potulenta nonnulla hiſce tanquam congruis vaſculis indiderint, in qualemcunque animarum refectionem.*" Conferri cum his poſſunt paria, quae de *Marchicis* (9) Treuerus, de *Wiltſchenſibus* (10) Anonymus Wratislauienſis & (11) Oehmbius, ac de *Sarmaticis* (12) Mellenius tradidere.

(8) *in Hiſtor. Antiquit. cap. IIX. p. 327.* (9) *cap. VII. p. 19.* (10) *ap. Tenzel. p. 650. 652. 653.* (11) *in Scholiis ad Sileſiograph. p. 377.* (12) *de Vrna Sarmatica. p. 27.*

Nobiliſſimi Ciuis noſtri D. VOLCKMANNI opinio eſt, quod per minores ollas indigitetur numerus defunctorum, quorum reliquiae in caeterarum capaciſſima conditae ſint, ratione commenti illius (ante ipſum tamen ab aliis etiam prolati) inde ducta, quod in maiori Vrna plura ſemper oſſa, craniorum diuerſae magnitudinis fragmina, maiores etiam minoresque dentes & maxillas inuenerit, & Iacobus quoque Gutherius in ſuis de Iure Manium Libris (13) cinerum & oſſium de variis cadaueribus mixturam ex Inſcripſitionibus Romanis probauerit. Ego quidem auctoritati tantorum Virorum, quos modo nominaui, nihil volo detractum, & fas eſt, vt in profunda caligine noſtrarum antiquitatum, de eiusmodi praeſertim caerimoniis, ſuo quisque ſenſu abundet: Verum ſi & mihi calculum adiicere, ac quid ſentiam libere profari licet, in eam ſententiam mallem deſcendere, quae in Vrna maiori conditas plurimum cadauerum reliquias, caetera vero vaſcula vtenſilia partim defuncti Patroni, partim etiam receptacula alimentorum ad reficiendas demortuorum animas, & inferias Manibus exſoluendas fuiſſe ſtatuit. Probant primum ſententiae huius punctum tum oſſium multitudo, tum ritus praeſertim mactandi quosdam ex clientibus aut mancipiis in funere herili apud maiores noſtros vſitatus. Alterius indicium ipſa vaſculorum figura ſuggerit. Poſtremum autem membrum verba apud Hartknochium *Diſſertatione XIII. de Funeribus veterum Pruſſorum* (14) mire illuſtrant, qui *collocabant*, inquit, *etiam poſtremis temporibus, cum iam defunctos obruere terra mos eſſet, panem & lagenam cereuiſia plenam ad caput cadaueris in ſepulchrum illati, ne anima ſitiret vel eſuriret, quemadmodum non ſolum Ioannes Meletius ſeculo ſuperiore teſtatus eſt, ſed noſtra quoque memoria Sacerdotes, maxime in Sambia fidem faciunt, qui ſuis ſe oculis id genus lagenas e ſepulchris erutas vidiſſe perhibent. Quod certe vix fidem mereretur, niſi tot tamque luculenta extarent documen-*

(13) *Lib. II. c. 25. p. 345. ſeq.* (14) *§. 6. p. 194. 195.*

Tab. III.




cumenta, quae hoc ipſum euincerent. Quis enim a ſe queat impetrare, vt credat, tantam fuiſſe quondam Sacerdotum Pruſſicorum, ipſiusque adeo Magiſtratus in promouenda religione Chriſtiana negligentiam, vt haec talia palam factitare permitteret. Et nihilominus vsque ad tempora Ducis Alberti hunc idololatricum ritum fuiſſe frequentatum, diſcimus ex Eraſmo Stella, qui paullo ante tempora Ducis Alberti libros ſuos de Antiquitatibus Boruſſorum conſcripſit. Hic enim poſtquam nonnulla de inſtitutis WAIDEWVTI praemiſiſſet: exutos, *inquit*, ſpiritu, armatos veſtitosque ac magna ſupellectilis parte circumpoſta humarunt: quo more vsque nunc ſepeliuntur, addito etiam potu melleo aut ex frumentis facto in teſtaceis vaſis. In funebri epulo partem obſonii potusque vita defuncti Manibus libarunt, hodieque libant, pudendo illic Chriſtianorum Praeſulum dedecore. *Haec Stella. Prohibuerat quidem iam ante aliquot ſecula deteſtandos hos ritus Iacobus Leodienſis, Archidiaconus in Priuilegio Pruſſis dato, in quo haec leguntur verba:* Promiſerunt (*Pruſſi veteres*) quod ipſi & haeredes eorum in mortuis comburendis vel ſubterrandis cum equis, vel cum armis ſeu veſtibus, vel quibuscunque, aliis rebus precioſis, vel etiam in aliis quibuscunque ritus gentilium de caetero non ſeruabunt, ſed mortuos ſuos iuxta morem Chriſtianorum in coemeteriis ſepelient. *Sed poſterioribus ſeculis, ordine Teutonico magis de regione quam de religione ſollicito, hoc fuit neglectum, quemadmodum iam ſupra de Pruſſorum Sacris agentes oſtendimus.* Verba haec ſunt ipſius Hartknochii, integra idcirco a me adducta, ne aliquid finxiſſe a quoquam dicar. Quod ſi autem in ipſa Chriſtianae veritatis luce nondum abolitum hunc morem, & in Hungaria quoque eruta eſſe haud ita pridem vaſa quaedam optimo vino Hungarico plena, teſte Mellenio certum eſt, (pag. 26) eo facilius induci me patior, vt vtenſilia fuiſſe credam vaſcula ſuperius dicta, eius tamen generis, quae defunctus in vita olim

ma-

maxime vſurpauit, quaeque in funere illius ad inferias Manibus faciendas adhibita ſunt. Id quo lubentius mihi perſuadeam, facit ſerum aut craſſus quidam liquor, non in Viennenſibus ac Berolinenſibus tantum, verum & in Pilgramsdorfienſi aliqua inuentus, lachrymis amicorum inibi collectis atque adſeruatis, meo iudicio, neutiquam adſcribendus: vnde nec vaſcula illa LACHRYMATORIORVM nomine inſignienda contendimus. Romanorum luctum a fletu & planctu initium cepiſſe, lachrymasque in vitreis phialis exceptas (15), atque in monumento cum cinerariis vel oſſuariis fuiſſe conditas, exciſa paſſim per Italiam defunctorum conditoria & Antiquitatum Romanarum ſcriptores docent. Vitreas eius generis phialas duas, duasque fictiles in icone depictas exhibet Caſalius capite XXVI. de Funeribus Romanorum inſcripto. (16) Eas inter referendae ſunt vitreae duae oblongae Almelouenii, in eius Antiquitatum e Sacris profanarum ſpecimine (17) allatae, quarum ſimilem in Muſeo Viri apud Lipſienſes nobiliſſimi D. GOETZII nuper admodum his manibus contrectaui, nullo quidem amplius ſero, ſed colore tamen colla columbarum imitante conſpicuam. Et memini in Liceti docto *de Lucernis Veterum* opere egregiam litteratoris cuiusdam diſſertationem extare, qua in originem huius coloris inquiritur. Cauſſas eius non adſcribendas eſſe ſoli lachrymarum exſiccato liquori, vitrorum ex feneſtris vetuſtioribus fragmina oſtendunt, quae ab aëre cum ſalibus vitri miſto ſimilem colorem traxiſſe cottidie experimur. Ioannis Smetii (18) & Ioannis Iacobi Chifletii (19) de hiſce vaſculis obſeruationes apud ipſos videre habemus. An vero ad Romanorum exemplum ex noſtratium vrnulis quaedam dicendae ſint *lachrymatoriae*, de hoc quaeſtio eſt, quam qua ratione

(15) *Kirchmann. L. 2. c. 11. p. 191. ſeq.* (16) *confer. Güther. L. I. c. 28. p. 173.* (17) *p. 133. occaſione Pſ. 56, 9.* (18) *Smetius in Antiqq. Nouiomag. p. 160. & in Nouiomago cap. 4. p. 30.* (19) *Chifletius in Veſontione cap. 26. 27. p. 94. 97. ſqq.*


Tab. IV.
Opercula
Lachrymatoria falſo ſic dicta
FAVS
TVS
FECIT



tione probare poſſint illius ſtatores, nondum video. Quamuis enim illis, qui in Germanico funere *lachrymales* etiam phialas ſtatuunt, id largiar, fuiſſe pariter apud Romanos in vſu non vitrea ſolum, ſed & fictilia lachrymarum receptacula: eſſe dein noſtrates eiusmodi vrnulas admodum minutas & menſurae cochlearis vix capaces: & quasdam inſuper congelato quaſi liquore adhuc gaudentes: parum tamen haec omnia facere ad probationem ſententiae illorum, vel inde demonſtrabimus, quod generoſa LYGIORVM indoles à fletu abhorruit, & congelatus in iis liquor cum oleo, reſina, aut hydromele conueniat. *Funerum nullam apud Germanos ambitionem eſſe; lamenta & lachrymas cito, dolorem & triſtitiam tarde poni; fœminis lugere honeſtum, viris meminiſſe*, Tacitus aſſerit (20), & hac in re differre Gallos a Germanis, *quod Gallorum funera ſumtuoſa eſſent ac magnifica, Germani nullo adparatu, nulla luctus pompa mortuos efferrent*, Caeſar *Commentariorum Lib. VI* tradit. Ponebant autem cito lachrymas in luctu antiquiſſimi Germani, ſiue quod animas credebant immortales, vitamque alteram apud Manes, vt Druides apud Caeſarem & Melam docent: ſiue quod rem muliebrem eſſe luctum exiſtimarent. Sane hoc animorum robur in iis laudat Plutarchus, dum *in Conſolatione ad Apolloniam* ſcribit: *Ex ipſis vero barbaris, ſi qui luctum exercent, non ANIMOSISSIMI GERMANI, non Galli, aut ſi qui alii generoſo pleni ſunt ſpiritu, id faciunt: ſed Aegyptii, Syri, Lydi, aliique horum ſimiles.* Quis ergo fingeret, maiores noſtros, gentem LYGIAM, animoſiſſimae nationis SVEVICAE in Germania genuinam ſobolem, animis ferocem, oculis trucem, manu validam, inter arma natam & illorum gloria inſignem, ad eam animi imbecillitatem deueniſſe, vt in funere ſuorum tam largiter flerent, vt foeminarum officia viri explerent, & quod omnium turpiſſimum eo tempore inter ipſos habebatur,

(20) *de German. XXVII. 4.*

vt lachrymas ad aeternam virtutis ſuae ignominiam in phialis exceptas cum buſto conderent? Immo in foeminis etiam is ardor atque vigor mentis erat, vt quae virtutis exiſtimationem conſequi, gloriamque apud poſteros relinquere vellet, (21) eadem cum marito flamma cremaretur, aut laqueo apud Viri ſepulchrum non longe poſt vitam finiret. Itaque Viri id ſolum ſibi honeſtum duxerunt, meminiſſe defuncti, *cuius* (22) *memoriam animis inſcribebant, & ad praeclarae mentis virtutisque nomen ſe vitamque ſuam componebant.* Hinc carminibus perpetuis celebrari extinctos, & ſua adhuc aetate cani ARMINIVM barbaras apud gentes, Tacitus ſcriptum reliquit. Apud Pruſſos autem, qui vicini fere noſtri ſunt, conciones funebres a Waidelotta ſiue Sacerdote aliquo fuiſſe habitas, qui erectis in coelum luminibus clamans aſſeruerit, ſe videre praeſentem defunctum per medium coeli volantem, in equo, armis fulgentibus decoratum, ſtellas in manu ferentem, & cum comitatu magno in aliud ſeculum procedentem, Hartknochius (23) innuit, qui eodem de *Funeribus veterum Pruſſorum* capite, Conuiuia funebria tertio, ſexto, nono, & quadrageſimo die ab elato funere celebrata, inſtitutaque poculorum certamina deſcribit. Vtrumque hunc morem in noſtris etiam terris floruiſſe, & ex paganiſmo deriuari epulas, quae adhuc in Nobilium Magnatumque funeribus frequentantur, non vana cordatiorum ſententia eſt. Infirmo igitur talo nititur omnis de *Lachrymarum* apud Germanos *phialis* coniectura, quae ne unico quidem ex antiquitate Scriptoris teſtimonio probatur, (24) & cui nec ſerum in iis inuentum patrocinari poteſt. Vt enim non dicam, inueniri quamplurimas vacuas, alias collo plane inuerſo alteram

(21) *Procopius Gothicorum. Lib. 2.* (22) *Hachenberg de re funebri Vett. German. c. 12. §. 8. p. 418.* (23) *Diſſert. XIII. p. 195. 196. conf. Düsburgii Chronicon Pruſſiae part. III. c 5. p. 79.* (24) *Hinc & Leibnitius pag. 31. qua quidem lachrymoſa ſcena vt nihil hodie famoſius, ita de ea antiquitatis coniuratum ſilentium experior.*

ram in alteram inſertam, & plures ſaepenumero in una maiore contentas, quo ſane modo lachrymae in iis contineri vix poſſunt: ecquis ignorat, liquorem, ne dicam in noſtris, ſed in aliis etiam repertum, maiorem habere cum balſamo & oleo quam cum lachrymis conuenientiam. Retectus fuit d. 13. Febr. 1647. Nouiomagi ad marginem foſſae vrbicae ſarcophagus ex topho pedes circiter quatuor longus, cui adſtiterunt a latere lagenae vitreae tres & vrnulae vitreae exigui ventris, colli oblongi, quae altitudine digitos quinque Romanos ſuperant, inquarum una aliquid ſpiſſe coagulatum ſpadicei coloris, opobalſami forte reliquias, in altera pollen tenuiſſimum cinericium fuiſſe, ex Io. Smetio Licetus Lib. VI. laudati operis de Lucernis Sepulchralibus c. 92. narrat, qui ſequenti capite puellam fuiſſe ſepultam in eo ſarcophago Viri magnatis ea in regione, dicit oſtendi per crepundia puellaria, ſpeculum nimirum in eodem loculo repertum, vrnulas vnguentorum odoris eximii, (25) & pollen tenuiſſimum cinericium, ſiue puluerem cyprium, quo frequenter utebantur puellae ad crines inſpergendos. Liceto Chifletium ad latus pono, qui (26) *effoſſa ſunt*, inquit, *lampas & vaſculum unum, ambo teſtacea, quae adhuc odorem balſaminum ſuauiſſimum emittunt, vnde coniicio, oleum, quo utebantur priſci, commune non fuiſſe, ſed ex aromatis arte eductum, cuius odorem facile teſtacea imbibebant.* Si ergo in iſtis phialis, quas an Romani illic depoſuerint aut ex Germanis quidam, incertum eſt, non *lachrymae*, ſed oleum vel opobalſamum cum cineribus conditum deprehenditur, multo minor erit de noſtratibus ſuſpicio, & potior illorum ſententia, qui vel inter receptacula ad animas reficiendas cum hydromele, cereuiſia, alioue potu generoſiore adpoſita, vel inter reliqua vtenſilia, quorum vſum hodie ignoramus, locum ipſis adſignant.


(25) *conf. Gutherium Lib. II. c. 32. p. 387.* (26) *in Veſontione c. 26. p. 94.*

VII. Tranſeundum nunc eſt a Vaſculis ad armorum veſtiumque reliquias in iisdem repertas, quas cum defuncto in rogum coniectas, addito quorundam igni & equo, in vulgus notum eſt. *Acus* primo, *Fibulae*, ac *Styli* occurrunt, diuerſae magnitudinis, ex aere mixto, quod tamen ad aurum Rhenenſe propius accedere lapis Lydius probat. Figuram ectypi a me adiecti monſtrant. Cauſſas *laeuoris* ac *aeruginis*, qua obductae ſunt & velut encauſto quodam elegantiſſime pictae, ignibus rogi Mellenius, Maior (27) autem, qui in Cimbricis tumulis *pugiones* & *fibulas* ex aere offendit, diuturnitati temporis & ſolo pinguiori vliginoſoque adſcribit. Idem cum ipſo ſentit ciuis noſter ſaepe laudatus de *Lignicenſibus*, & Rhodius de *Cimbricis* in Obſeruationibus Maris Balthici, (28) qui aeruginem inde abraſam praeſens quoque contra febrim quartanam remedium adpellat. An crinales ſint acus noſtrae aut Cnaſonae, quibus mulieres caput ſcalpunt, de quibus Iſidorus in Gloſſis ac Paulus Diaconus ex Feſto, & an illa aetate corymbiola ſiue redimicula muliebrium comarum in vſu apud noſtrates fuerint, non definiam. Quum vero Cluuerius (29) ex Plinio doceat, *maiorem viris capillorum fuiſſe curam quam foeminis, quae in humeris tergumque eos ſparſere*, more etiam nunc apud barbaras gentes vigente, & tum temporis in Europa maxime vſitato; quumque Hachenbergius (30) inſuper locum ex Sidonio Apollinari adducat, *quo Saxones lamina marginem comarum altaſſe dicuntur*, pro *veſtiariis* potius has acus, quam pro *comatoriis* cum Mellenio accipio, & in *fibularum* cenſum refero, quibus pelles & ſaga connectere moris fuit, cuius rei picturam poſt Cluuerium Ferrarius *ſuis de Re Veſtiaria Commentariis* (31) inſeruit. Fibularum iconiſmi, quos Chifletius (32) *in Anaſtaſi Childerici Franciae Regis*, Rhodius

dius

(27) *cap. 45. apud Tenzelium 1695. p. 951.* (28) *anni 1699. pag. 92.* (29) *Cluuerius Lib. I. Germ. Antiq. c. 16. f. 146. Plin. Lib. 28. cap. 12.* (30) *de German. Med. diſſert. XI. §. 5. p. 387.* (31) *Part. II. de Re Veſt. Lib. III. c. X. p. 113. & Lib. IV. c. 9.* (32) *cap. XVI. p. 232. ſeq.*

Tab. V.



dius *in* (33) *Commentario de Acia*, & Smetius *in Antiquitatibus Neomagienſibus* (34) exhibent, a noſtris plane diſſerunt, quas ſola ſimplicitas commendat. Stylum aeneum, cuius acumine in tabellis ceratis ſcribebant, bulla vero ſiue capitello oblitterabant, depingit Chifletius *in Veſontione* (35), & quadringentos veteres ſtylos ſe poſſediſſe ipſemet (36) Smetius tradit, qui *ferreos* rariſſimos adpellat, & Romae cautum fuiſſe ſcribit, ne graphium *ferreum* quis haberet, quod Romani ad necem inferendam graphiis ſaepius abuſi ſint. Tales eſſe ſtylos ſcriptorios tres illos ex noſtris interpretarer, ni Tacitus *litterarum ſecreta a viris pariter ac foeminis ignorari* memoraſſet. Succedunt *Annuli* maiores minoresque ex auro, cupro, aere atque ferro cuſi, *claui* praeterea, *clauuli* & *laminulae cum clauulis*, maximam partem ex metallo mixto. An de *annulo ferreo* trahenda huc ſint Taciti (37) verba: *Fortiſſimus quisque ferreum inſuper annulum* (*ignominioſum id genti*) *velut vinculum geſtat*, *donec ſe caede hoſtis abſoluat*, penes alios iudicium eſto. Mihi ſane tum magnitudo ac figura annulorum inter phaleras potius aut armillas referenda videtur, tum iſtud maxime ſcrupulum facit, quod ſolis Cattis hunc ritum Tacitus tribuit. In Cimbrorum tumulis frequentius annulos & armillas aureas inueniri notat Rhodius, (38) qui cultellorum etiam crinalium mentionem ibidem iniicit, & annulum ferreum, ſed apertum, ad armillarum modum exhibet, illi certe, qui in Lignicenſibus Vrnis inuentus eſt, haud abſimilem. Cur autem in Cimbricis aeque ac Sileſiacis cinerum conditoriis maxima reliquiarum pars ex auro, argenac cupro, atque ipſa etiam armorum fragmina ex aere, non ex ferro fabrefacta deprehendantur, diſquiſitione aliquali indiget. Equidem apud Cattos ſaltum Hercinium incolentes o-

(33) *cap. V. p. 49. ſeq. Patavii 1639. 4.* (34) *Smetius p. 149. ſeqq.* (35) *cap. XXV. p. 86. 88.* (36) *in Antiqq. Neomag. p. 149. 141.* (37) *German. XXXI. 3.* (38) *in Actis Maris Balthici 1699. p. 93. 94. Major. c. 44. p. 65. conf. Rhodius p. 224.*

mne robur erat in pedite, quem ſuper arma *ferramentis* (39) quoque & copiis coonerabant, & Gothinos (40) Quadotum tributarios, *ferrum effodere* Tacitus narrat: unde ergo *ferri* in armis & ornatu exequiarum minor quam aeris uſus? niſi hic cum CL. Maiore ſtatuendum cenſeamus, veteres in funere honorando maiorem aeris atque auri habuiſſe quam *ferri* reſpectum, & *ferri* copiam ipſis non tantam fuiſſe quam aeris, quod certe ex alio Taciti (41) loco elucet, ubi *ne ferrum quidem ſupereſſe, ſicut ex genere telorum colligitur*, diſerte ſcribit. Poſt annulos fibulasque conſideranda veniunt *Armorum fragmina*, ex quibus, quo armaturae genere vſi fuerint maiores, perſpectum habemus. Raro *gladiis* eos pugnaſſe ex ſaepe allegato Germanicarum Antiquitatum auctore Romano (42) diſcimus, & hunc morem obſeruaſſe quoque LYGIOS inde colligere licet, quod quamuis arma in rogum defuncti coniecta oſſuariis addiderint, nunquam tamen, quod ſciam, *gladius* in Vrna detectus apud nos fuerit. Haſtas vero, vel ipſorum vocabulo *Frameas* geſſiſſe, anguſto & breui ferro, ſed ita acri & ad uſum habili, vt eodem telo, prout ratio poſceret, vel cominus vel eminus pugnarint, non Taciti modo teſtimonium, ſed & ocularis inſpectio nos docet. Tale omnino ferrum eſt, aut potius armorum genus ex aere, cupro, aut metallo mixto fabrefactum, quod in Tabula depictum cernitur, ſimile *Frameae Childerici Regis* a Chifletio, & *Lutherſtadienſi* a Buttnero allatae. Praefixum fuit hoc ferrum ligno praelongo, quod auctor noſter *haſtas enormes*, *haſtas ingentes*, *haſtas praelongas*, alibi nominat. Hinc Dio Lib. XXXVIII. in praelio Ariouiſti cum Caeſare, eiusmodi *praelongas Marcomannorum haſtas* adpellat κοντὸς. Et ſicut eques illius aeui *ſcuto frameaque* contentus fuit, ſic *framearum* vſus ad noſtra vſque tempora per tot ſeculorum decurſum durauit. *Vocatur*, ſi Cluuerium

(39) *Tacit. Germ. XXX. 4.* (40) *Tacit. Germ. XLIII. 2.* (41) *Tacit. Germ. VI. 1.* (42) *Tacit. Germ. VI. 2.*

um (43) audimus, *vulgari vocabulo Germanis noſtris* ein langer Spiß / *id eſt, haſta longa, quam Hiſpani, Itali, Galli & Angli, ſua quique dialecto, per picam longam* (eine Pique / *hinc* Piqueniret) *indigitant: qua, vt olim priſci Germani, nunc etiam omnes, prout ratio poſcit, vel cominus vel eminus pugnant:* ad quae Cluuerii verba notandum, illo quidem, quo ſcripſit, aeuo veriſſima fuiſſe, noſtro autem, quo nunc viuimus, tempore paullatim in deſuetudinem venire, atque inter nationes quasdam nuper adhuc plane abrogatas eſſe *frameas*, quando ars tormentaria ſiue pyroboliſtica magis indies coli atque frequentari coepit. Nuper admodum in agris Martisburgenſibus prope vrnas quasdam effoſſa ſunt bina inſtrumenta, forma, pondere ac materia ſibi exacte ſimilia, quorum alterum ex conceſſione Clariſſimi cuiusdam ea in Vrbe degentis Viri noſtrae ſupellectili acceſſit, cuius & figuram aeri incidendam curauimus. Materia ex metallo mixto conſtat, & teli quoddam genus conto inſertum ac praefixum fuiſſe partim ex acie, partim ex quadruplici labro coniicimus, quamuis ſimile quidquam nec depictum vllibi nec formatum nos vidiſſe meminerimus. Iaculorum, quae pedites & plura quidem ſinguli ſpargebant, aliquot ſpecies Cluuerius citato loco deſcribit, *Saunia* Diodoro, & *Miſſilia* Tacito vocata. Ad ea pertinere puto, quae num. IV. inter iconiſmos comparent. Antiquum id fuit armaturae genus Gallis Romam capientibus iam vſitatum & *Geſa* dictum, quod non Galli tantum ac Luſitani, ſed & Germani (44) in immenſum vibrare nouerant. Alia quoque noſtratibus tela fuiſſe, agreſtia quaedam & venatoria ex ligno vt plurimum, miſſilia partim, fuſtes ac clauas, quales apud Cluuerium & Hartknochium (45) in pictura cernimus, extra dubium eſt, ſed neque illorum aut ſcutorum quicquam ad

(43) *Lib. I. c. 44. p. 353.* (44) *Tacit. Germ. VI. 3.* (45) *Hartknoch in Antiqq. Pruſſic. diſſ. 18, n. 2. p. 382.*

ad noſtram memoriam durat, quod flamma lignum coriumque, ex quibus conſtitere, cito depauit. *Cultri* quoddam genus ſingulare in Lignicenſi Vrna inuentum, quod an ad ſacra fuerit adhibitum, aut armis potius accenſendum ſit, alii diiudicent. Cultelli aenei altera tantum parte acuti, quo victimas iugulabant Popae, qualem habes in Lentuli Spinteris numo apud Guilielmum du Choul, effigies in Chifletii Veſontione (46) extat, a cuius forma noſtras ille culter non multum abhorret. Et inueniri huius generis plures inCimbricis tumulis Maior & Rhodius adſeuerant, quorum hac de re obſeruationes legi merentur. *Cotem* quoque ex Lignicenſi Vrna conſequutus eſt CL. SCHINDLERVS, quales in Cimbricis valde obuias idem Maior memoriae prodidit. Ad arma potius acuenda inſeruiiſſe, quam eorum quandam ſpeciem fuiſſe, credibile eſt. *Globulos* autem metalli ignoti, & *Lapides*, quos *Fulminares* vulgus adpellat, quosque in Vrnis *Sarmaticis* Mellenius, in *Sileſiacis* Anonymus Wratislauienſis, in *Cimbricis* Maior, Rhodius & Mellenius repertos aiunt, multifariam inter ſe qua formam, qua materiam diſcrepare, ex ſilice tamen aut ſerpentino lapide caeſos, atque adeo inter utenſilia vel arma arte facta cenſeri debere, non eſt cur dubitemus. Perforati enim hi lapides ideo ſunt, ut baculus tranſiret, quo mediante manu teneri haec armatura, & hoſtium capita lethali ictu percuti potuere. Cuius rei imago inter Polonos, Ruſſos, Hungarosque remanſit, qui eiusdem figurae ſcipionibus hodiedum in deambulationibus & itineribus vtuntur, quales vulgus *Czakanos* & Czackhämmer nuncupat. Huc facit *malleus* in Vrna aliquando apud Hallenſes inuentus, quod equeſtris apud Saxones veteres militiae telum fuit, ſi Fabricio in Originibus Saxonicis (47) credimus. Non abs re eſſe arbitramur, ſi hoc loco ipſa Praecellentiſſ. Tenzelii verba (48) adduxerimus, qui praeſtantiſſimum D. Maioris tracta-

(46) *cap 25. p. 86. 88.* (47) *Buttner cap. 16 p. 66. 92.* (48) *pag. 945. 946. 947.*

ctatum, das neu-bevölckerte Cimbrien inſcriptum, in menſtruis anni 1695 colloquiis recenſuit. Nebſt dem/ pergit, fanden ſich auch fünf Keile/ ſo der gemeine Mann fälſchlich für Donnerkeile hält/ welche opinion Hr. Maior weitläufftig refutiret/ und darneben zeiget/ daß man an vielen noch die Merckmale der Hammer und Feilen ſehen könne/ auch in andern Nordiſchen und Cimbriſchen Gräbern nebſt ſolchen Keilen gemeiniglich noch einen Wetzſtein ſammt einem ſo genannten Opfer-Meßer finde/ und zweifelt dannenhero nicht/ daß in dem Bülckiſchen Grabe/ welches er Anno 1690. den 31. Maii nebſt 12. biß 16. Arbeits-Leuten durchgraben laßen/ auch fünff ſolche Meßer gelegen/ (weil die fünffte Zahl ſonderlich in ſelbigem Grabe zu obſeruiren) ob man ihrer gleich nur drey gefunden/ die übrigen aber im arbeiten entweder zerſchlagen oder verlohren. Es ſind aber ſo wol die Keile als Meſſer von bloſſem grauen Flintenſtein/ und weil die Meßer ſo ſtumpf/ daß man darmit ſchwerlich einem Hünlein/ geſchweige einem vierfüßigen Opfer-Viehe den Halß durchſchneiden könte/ ſo glaubet der Autor im Anfange des 30 Capitels/ daß beide denen Alten zur Wehr und Waffen gedienet/ die vermeinten Opfer-meſſer zwar an ſtatt des Eiſens vorn am Wurfſpiß der uhralten in Streit ausziehenden Deutſchen und Cimbrer/ die vermeinten Donnerkeile aber mit geballter Fauſt zu halten/ und damit im Duell auf des Gegners Capitolium loßzuſtürmen. Hierbey macht er einen Umbſchweif von andern alten Streit-Inſtrumenten/ als vom Ceſto oder Ledernen Streit-gürtel/ ſo mit bleyernen oder eiſernen Puckeln beſchlagen/ und umb die mit einem leinen Handſchuh verwahrte Hand gebunden worden: von böſen Peitſchen/ ſo aus etlichen Riemen von Ochſenleder beſtanden/ und vorne mit Keilgen oder Knöpfen verſehen/ manchem das Gehirn aus dem Kopfe geſchlagen — — — — Indeſſen bleibet aber D. Maioris obſeruation richtig von denen Knot- Plock- und Blut- Peitſchen/ welche bißweilen am Ende mit eiſernen ſcharfen Dornen und Wieder-

hacken/ gleich den ſtachlichten Scorpion-ſchwäntzen/ verſehen/ und deßhalben von Rehabeam Scorpionen genennet worden. Woraus nach vielen Jahren und geänderter Kriegs-diſciplin/ in unſern und benachtbarten Occidentaliſchen Orten endlich gantz groſſe mit eiſernen Morgenſternen verſetzte Schlage-flegel erwachſen/ dergleichen der grauſame Hußitiſche General Ioannes Ziska aus Böhmen geführet/ wie ſein Bildniß ausweiſet/ welches D. Maior als eine Rarität im Kupfer ſeinem Wercke beygefüget/ genommen aus Jacob Schrenckens von Notzingen Beſchreibung der Helden-Rüſtungen auf dem Fürſtlichen Schloß *Ombras*, unweit Innſprugk. Eiusdem fere tenoris ſunt verba Mellenii ex Actis Litterariis Maris Balthici anni 1699. a me quoque heic inſerenda: Sed nec lapidum ſingularium e ſepulchretis erutorum obliuiſcendum eſt. Quo ſpectat haud vulgaris ille perforatus ſphaericae formae lapis, quem Tab. III. fig. 8. exhibet. Is anno 1695. ad ſupra memoratum pagum *Aſpern* a filiis Dn. Rhodii eorumque Informatore in Vrna quadam ſepulchrali repertus fuit, & ſi non capulo gladii firmando olim inſeruiit (quale exemplum apud Cl. Rudbeckium Atlant. Tom. I. cap. 24. pag. 653. legas, vbi eiusmodi perforatum lapidem Tab. 7. fig. 15. lit. B. expreſſum, een Schwerd-knap af Steen appellat) certe tamen inter arma veterum referendus eſt, cum tales globuli lapidei, loris funiculisque innexi, ſcuticae cuiusdam ſeu flagelli militaris vicem præſtitiſſe videantur; quod erudite probat laudatus D. Maior d. l. p. 46. ſeq. Nec deſunt nobis oblongi, & vel vtrinque vel ab vna parte in cuneorum modum acuminati lapides, ex Vrnis Cimbricis extracti, ac eo fine perforati, vt vel funiculo traiecto, vel immiſſo etiam baculo in hoſtium capita vibrari poſſent; de quibus vt & de quadratis illis *cuneis* ex ſilice paratis, qui perperam vulgo pro *cerauniis* haberi ſolent, forte alibi nobis dicendi occaſio naſcetur. Interim Dn. Rhodius teſtatur, ſe in nullo hactenus tumulo eiusmodi *cuneos* inueniſſe, licet

tales

tales poſſideat alibi erutos, nec non *Cotem*, quinque pollicum longitudine, duorumque latitudine inſignem, quem anno 1691. Bramſtedii effoſſum, a Commiſſario Regio Averhoſio accepit.„ Quam diu talibus armis vſi ſint maiores noſtri, certo definiri non poteſt, neque dubitandum tamen, poſt atrociſſima bella cum Romanis geſta multa ipſos antiqui moris vitia correxiſſe, & armorum adparatui noua quaedam inuenta addidiſſe, FERRO inprimis ad bellorum inſtrumenta delecto. Francos quippe Procopius gerentes deſcribit enſem, clypeum, & ſecurim, cuius *ferrum* craſſius, & vtplurimum vtrinque acutum, lignum vero admodum breue; quam quidem ſecurim in primo congreſſu iacere conſueuerint in hoſtem eo impetu, vt perfractis eorum ſcutis ipſos ſimul interemerint. Talem ſecurim cum framea, gladio ac baltheo, equo item bellatore, equiſone & phaleris aureis in Childerici Regis ſepulchro repertam Chifletius (49) exhibet. Et ſane quum primis temporibus apud Celtas & Germanos moris fuerit, vt in rogo vel vrnarum conditoriis arma quoque defunctorum, & quaecunque alia in deliciis habuerant, reponerentur, idque poſt abrogatam cadauerum cremationem in ſepulturae caerimoniis adhuc obſeruaretur, cuius rei in Childerico exemplum habemus, non aliunde, opinor, deducendus eſt ritus ille, quo noſtra aetate, & aliquot etiam ſeculis ante, in Principum vel Equeſtris dignitatis virorum funeribus equos poſt ſandapilam duci, gladium & calcaria in feretro poni, ea cum vexillis & inſignibus in ſepulchrali monumento ſuſpendi, ipſumque mortui cadauer veſtibus heraldicis & cataphracta indutum, terrae mandatum fuiſſe cernimus. Simile quid apud Romanos (50) etiam obtinuit, quando aram ſiue cippum funebrem cum armis ac titulo defuncti erexerunt, & opificum nonnunquam inſtrumenta in epitaphiis illorum per

(49) *cap. 14. p. 196. ſeq.* (50) *Euoluendus h. l. Kirchmannus de funere Romanorum L. 3. c. 8. p. 369. & c. 18. p. 459. ſeq.*

per ſtatuarios incidi curauerunt. Apud Lignicenſes autem BOLESLAVS Princeps Wenceslai Ducis filius natu tertius, quum anno MCCCXC. Wratislauiae in feriis Bacchanaliorum equeſtres ludos, quos Torneamenta oder Turniere dicunt, frequentaſſet, & infelici ictu praeter ſpem vitae iacturam feciſſet, cataphracta, tunica heraldica & ocreis indutus, (in vollem Küraß / mit ſeinem Leberfarbenem Wappenröcklein oder Renne-Rock / und mit rothen ſpitzigen Stieffeln) in Fano Carthuſianorum humatus, inde autem Seculo XVI. ob rationes praegnantes (nouum ſcilicet Mauſoleum Piaſteae ſtirpi deſtinatum) extractus, priſtinoque habitu in Baſilica D. Ioannis Baptiſtae, principali funere elatus legitur. (51) Verum ne reliqua ſicco pede tranſeam, *Crines* quoque memorandi ſunt, quos maiori urnae ſuperimpoſitos & adhuc illaeſos nuper admodum obſeruauit litteratus quidam ex ciuibus meis, ad quem integri talis ſepulchri ollae per ruſticum agrorum, in quibus defoſſae fuerant, dominum delatae ſunt. De Romanis, apud quos eadem luctus ratio in uſu erat, videri poteſt Kirchmannus. (52) In *Sarmaticis* pateris (53) crines erant repoſiti, & in *Brandenburgicis* Treuerus (54) itidem crines inuenit. Probe tamen diſtinguendi ſunt crines illi a filis in fundo & ad latera vrnarum iacentibus, quae ſicut Mellenius in Sarmaticis animaduertit, in orbem conuoluta ſunt, & ſimilia nidis auicularum, quas linarias vocamus, incertum tamen, ſericeane ſint an lanea dicenda. Cuiusmodi fila quum Ampliſſimus Vir D. Thebeſius prima vice cerneret, & per microſcopium ſuturas ac nodulos deprehendere ſibi videretur, ſubnata ipſi eſt ſuſpicio, inuoluta fuiſſe defuncti cineres & oſſa linteolo, & cum illo in vrnam intruſa: melius autem rem tetigiſſe credo Virum experientiſſimum Doctorem VOLCKMANNVM, qui

(51) *Dan. Zepko in Gynaeceo Sileſiaco p. 16. Lucae* in den Schleſiſchen Denckwürdigkeiten *pag. 1198. & 1284. & MSC. German. Bibliothecae Neapolitanae apud VVratislauienſes.* (52) *Lib. II. c 12. & 15.* (53) *Mellenius pag. 8.* (54) *Butner c. 8. p. 61.*

qui non fila haec, ſed fibrillas radicum eſſe arbitratur, quando oſſa, quorum ſubſtantiam fungoſam atque pinguedinem ignis abſumere totam non potuit, radices bene longas & lateribus ac fundo vrnae ſatis firmiter adhaerentes egiſſe demonſtrat. Multum nos in eius modi coniecturis iuuat ocularis inſpectio, qua quod ex parte caruit Vir doctiſſimus, Dauid Sigiſmundus Buttnerus, condonandus ipſi eſt error, quem in diſſertatione *de Vrnis Querfurtenſibus* commiſit, vbi ex orali relatione V. CL. Bartholomaei Keckii, cauſſarum apud Lipſienſes Patroni, male percepta, non procul Leucopetra ſiue Weiſſenfelſio inuentam ſcribit in vrna fuiſſe mitram ſubſericam (ein Sammetmützlein.) Etenim non Leucopetrae, ſed in pago *Carbetha*, qui vno lapide a Martisburgo Halas verſus diſtat, effoſſa eſt vrna iſta, & ipſe agri poſſeſſor, quocum egomet ante hos quaſi XIV. dies in eo pago praeſens loquutus ſum, ex quanam materia confecta fuerit, dicere vel adfirmare non potuit. Vnde autem probabitur, in Vrna mille minimum annis in terra illic defoſſa, mitram eius generis ſerici aut panni extitiſſe, cuius texendi noticiam ante tria vel quatuor ſecula nemo his quidem in oris nouit? Minorem adhuc fidem meretur apud cordatos *Friderici Lucae* (55) *de inuentis anno 1615. in Trebnicenſi ollarum monticulo lucernis adhuc ardentibus commentum*, quas quando in concameratis Romanorum monumentis per tot annorum centurias indeſinenter arſiſſe, magno volumine probare contra aliter ſentientes vix potuit vir in Philoſophia & Antiquitatis hiſtoria verſatiſſimus, *Fortunius Licetus*, ecquibus ille Fridericus rationibus perſuadebit nobis, inuentam unquam fuiſſe his in terris lucernam ſepulchralem? & ſi maxime inuenta quaedam fuiſſet, arſiſſe illam eo tempore, quo ex ſolo arenoſo, ab

 omni

(55) In dieſer Gegend fand man *an. 1615.* viel Heidniſche Gräber / und darinnen brennende Lampen ꝛc. *Verba ſunt Lucae* in der Schleſiſchen Fürſten-Krone *diſcurſ. 10. p. 405.*

omni antea liberi aëris commercio excluſa, &, ſi vaſculum ſpectes, terra magis quam oleo referta atque obruta effoderetur? Mage dignum eſt adprobatione publica id, quod de quibusdam vrnulis in duas quaſi partes interſtinctis, (56) ad capiendos gemellorum aut vterinorum pupillorumue defunctorum cineres traditur, atque alterum iſtud, quod *de perforato ligneo globulo*, quo mulieres colum tractantes, dum fila ducunt, indigent, ad me ſcripſit D. VOLCKMANNVS. Colus enim inſigne ſexus foeminei; ſi cremanda erat apud Boruſſos (57) foemina, ſolebat ſimul comburi aut ſepeliri, & puellarum buſto crepundia fuiſſe addita, Smetius ſupra nos docuit; quae inter haud dubie referendum eſt *crepitaculum fictile* apud noſtrates ex vrna extractum, quo puſiones paruulos ab ineptis vagitibus terrere & auertere nutrices ſolent. *Ligneum* vero *globulum* modo dictum, quem Patronus ille noſter in maiori quadam urna inuenit, ſaluum manſiſſe per tot ſecula, non rarum aut inſolens quid eſſe, probat inde, quod quercinum & abiegnum lignum in terra aluminoſa lapideſcat, Dryites & Elatites dein adpellatum, cuius fruſta quaedam egregia ex Monte noſtro Figulino, & fodinis Goldbergenſium argillaceis inter Sileſiae Foſſilia (quibus Muſeum eius largiter instructum deprehenditur,) ipſe poſſidet, ſimili modo, quo Rhodius anno 1693. gladii capulum aeneum, cui notabilis pars ligni abiegni inhaeret, in tumulo quodam Cimbrico offendit.

VIII. Reſtant inter ferales reliquias NVMI, in ipſis partim vrnis, partim extra illas in agris effoſſi. In *Moguntinis* & *Viennenſibus* numiſmata Romanis litteris Caeſarumque Traiani ac Caracallae nominibus ſignata ſunt reperta, ſi Hiegellio (58) & Brounio (59) habenda eſt fides. Quid de *Cimbricis* Maior (60), de *Danicis* Bartholinus (61), de *Suecicis*

(56) *Kirchmannus Lib. III. c. 14. p. 434.* (57) *Hartknoch diſſ. 13. p. 193.* (58) *Hiegellius p. 22. 23.* (59) *Brown p. 223.* (60) *cap. 46. 47.* (61) *in Antiqq. Danicis Lib. II. c. IX. p. 402. ſeqq.*

cicis Schefferus tradant, apud ipſos videre eſt. Extat in Vrna Bibliothecae Petro-Paulinae apud Lignicenſes, a CL. Wagnero, Ciuitatis Aurimontanae quondam Notario, (qui eam Argentorati a Forſtnero, cuius liberorum paedagogus fuit, acceperat) dono illuc miſſa, *bracteatus quaſi quidam argenteus*, adeo tamen tenuis, & ſiue a flamma rogi, ſiue a vetuſtate exeſus, vt nullus icunculae typus in eo amplius cognoſcatur. Sed hunc ut peregrinum & ab exteris oris in has terras delatum ſilentio transmittimus. Lignicenſium oſſuaria numis ſemper deſtituta offendit D. VOLCKMANNVS, niſi fortean ruſticos, auri ſacra fame ductos, ſibi ſolis vindicare has opes in agris ipſorum obuias credamus, Iudaeis poſtea lubentius vel fabris aurariis, quam Viro litterarum & antiquitatis callenti venum oblatas. Traiani certe, Adriani, Antonini, Fauſtinae numos in Ducatu Lignicenſi effoſſos Reuer. D. SCHINDLERVS in Muſeo ſuo ſeruat, cuius generis alios nonnullos recutito cuidam Glogouienſi ab ruſtico diuenditos & Lignicium delatos accepit. Quod vero ex numis magni, medii, & parui moduli, Romanorum Imperatorum imagine ſignatis, ſed in patria inuentis, nonnemo ciuium noſtrorum in publica diſſertatione *de Originibus Vrbis Lignicenſis* ſcribit, (62) adparere ex iis, *Romanos ex Pannonia mouiſſe in Quadorum terras, & perueniſſe in Sileſiorum fines, ac penetraſſe in noſtratem agrum, ſed nondum vrbibus excultum, vicis tamen pagisque, vt illa ferebant tempora, frequentatum; iſtudque numos demonſtrare, in quibus nomina Imperatorum inciſa ſunt, ex his ſigillatim Traiani & Marci Antonini*, valde miror. Equidem animus mihi non eſt, immiſcere me ſcrupuloſis de veteri Geographia diſputationibus, neque id ago, vt ex amore in patriam nimio, victricibus Romanorum armis certos terminos in Quadorum terra ponam, aut Antonini Pii numum, in quo REX QVADIS DATVS ſcribitur, in dubium vocem:

(62) §. X. & XI.

vocem: id tantum nego, quod ex numis Romanis in agro noſtrate erutis Romanas Aquilas eo vsque victorias ſuas extendiſſe probari poſſit. Vt enim non repetam ipſius Ciuis mei in commate praecedente de hiſce numis verba, *quos haud dubie Quados, Romanis implicatos bellis, velut praedam ab hoſte captam in has oras ſecum aſportaſſe memorat;* (63) argumenti certe illius nullitas adparet, cum quod Germani (64) numis in ſua terra cuſis carentes permutatione mercium partim vſi ſint, partim & *Romanorum bigati, ſerratique*, in commerciis valuerint, tum quod ex LYGIIS, QVADIS & MARCOMANNIS quamplures in aula Marobodui Regis viuentes, & Romanorum, quibus aditus apud eum Regem nunquam erat occluſus, conſuetudine ac pecunia ſcribantur adiuti; tum praecipue, quod ſub Antonino Philoſopho Imp. vrbes intra Italiam Romanas adgreſſi, ipſum dein Imperatorem in eas anguſtias redegerint, ex quibus forte nunquam fuiſſet eluctatus, niſi Legio Fulminatrix pluuiam ſitientibus Romanis & coeleſtes contra hoſtem ſuppetias precibus ſuis impetraſſet. Et quamuis fuſi tunc ſint memorabili praelio maiores noſtri, multa tamen ſubinde Romanis negocia faceſſere non deſtiterunt, acie ſaepius quam bello, armorum genere, non virtute, victi: qua Seculis poſt Chriſtum natum quarto ac quinto in ipſa paene peruaſerunt Romani Imperii viſcera. Quas interim praedas, quam pecuniae vim coegerint, quando a populationibus Prouinciarum ditiſſimarum ad patrios lares reuerſi, numos etiam Romanorum Imperatorum imaginibus ſignatos attulerunt, dici vix poteſt, & merentur omnino legi, quae de his Sileſiorum veterum expeditionibus eruditiſſime *in Antiquitatibus Sileſiorum* diſputauit celeberrimus Wratislauienſium Polyhiſtor Martinus Hanckius. Caeterum ſi praeter illos, quos caſu inter arandum eruunt agricolae, in ipſis etiam crematorum cadauerum cinerariis, vel vrnis aliis adſtantibus aut non multum diſſitis inueniuntur Numi, ſicuti factum aliquoties recordor,

(63) §. *X. diſſert. ſuae.* (64) *Tacit. Germ. V. 6. 7. XV. 5.*

dor, ſiue illis inciſae ſint Romanorum, ſiue Gothorum, Saxonum aut Francorum icunculae, triquetrae, globuli, cruces, equi, &c. noua quaeſtio ſubnaſcitur, vtrum ſcilicet *defoſſi cum defunctis theſauri*, aut *Nauli titulo* adiuncta oſſibus fuerit moneta? Prius membrum non illius tantum aeui, ſed & antiquiorum ſeculorum mores illuſtrant, vbi cimeliorum ſepulchralium ac theſauri mortualis exemplum nobis ſuggerit ſanctiſſimus Rex Dauides, e cuius ſepulchro Hircanus, ſi Ioſepho fidendum, (65) 3000. talenta, (ea ſunt 180000. aureorum noſtrae pecuniae) eruit, Herodes autem multa adhuc inuenit. Quas gazas veteres occultauerint in tumba Mariae, Stiliconis filiae, Honorii Imperatoris ſponſae, quae virgo obiit ante nuptias, in ſepulchris item Alarici, Attilae, Cuntrani, Narſetis, Caroli Magni, & Childerici I. Regis Francorum, Ioannes Iacobus Chifletius *in Anaſtaſi Childerici I.* ſiue de Theſauro eius ſepulchrali, Tornaci Neruiorum menſe Maio anno 1653. effoſſo Commentariis doctiſſimis Antuerpiae 1655. 4. editis oſtendit. Suecos idem factitaſſe comprobat Io. Schefferus, qui in *Vpſalia Antiqua* ſcribit, (66) quod tempore Guſtaui Adolphi Regis maximi prope *Vpſaliam* cum precioſis rebus multis, aurea quoque vaſa cum Numis fodientes accolae inuenerint: plura etiam fortaſſis erui potuiſſe, niſi Rex religioſiſſimus ſpe lucelli cuiusque defunctorum quietem interpellare vetaſſet. Paria ſunt, quae de Cimbris Maior, ſed magis admiranda, quae de Danis ſuis Thomas Bartholinus *in Antiquitatibus Danicis de cauſſis contemtae a Danis adhuc gentilibus mortis* profert. *Poſt enim quam diſſeruiſſet capite VIII. de gaudiis Valhallae, ad quam heroës poſt obitum migrarent, ſtatim equos docet ſimul tumulatos, quibus animae ad inferos equitarent, iisdem etiam in Valhalla vſurae: quibus vero equus deerat, iis calceos letales alligatos, quibus ad Valhallam irent, & in Valhalla vte-*

(65) *conf. Menoch. de Rep. Hebr. L. 8. c. 5. quaeſt. 9. Geier de Luctu Hebr. c. 6. §. 16.*
(66) *cap. 18. p. 360.*

rentur. *Cap. IX. oſtendit, Pecuniam cum defunctis ſimul ſepultam, eaque re tumulos ſaepius ſollicitatos. Pecuniam ideo conſepultam mortuo, vt in Valhalla vſui eſſet. Opes piratica acquiſitas in ſepulchra illatas. Multos ante mortem theſauros defodiſſe, quos ſe in Valhalla recuperaturos credebant, vti promiſerat Odinus, qui Deus diuitiarum erat. Cap. X. veſtes precioſas, armillas, annulos, aliaque clenodia ſimul ſepulta adſerit. Coniuges cum maritis mortuis crematas & conſepultas, quo Valhallam venire poſſent, vbi amores renouandi. Amicorum vno mortuo caeteros ſe occidiſſe, nonnunquam vno tumulo illatos. Magnificum fuiſſe, cum comitatu Valhallam venire, vbi omnes occiſi inſeruirent occiſori, & quae huius generis alia ſunt.* Apud Prutenos (67) poſt crematum cadauer omnes qui funus illud efferebant, numos iniiciebant ſepulchro, tanquam viatico mortuum donantes: annulos item aereos & armillas aereas, praeſertim ſi defunctus Chriſtianorum Sacra ſuſcepiſſet. Quod ſi ergo haec caerimonia, quam in funere Principum ac Nobiliſſimorum ex populo praecipuae nationes obſeruarunt, apud Sarmatas veteres, & in noſtra paene vicinia recepta fuit, quid obſtat, quo minus de *Sarmaticis Vrnis a Mellenio deſcriptis*, coniecturam doctiſſimi Sagittarii ſequamur, qui iſthoc in campo ſiue cum Romanis, ſiue cum aliis gentibus manus conſeruiſse Sarmatas, ac hoſtium quidem cadauera in profluentem forte proiecta, aut canum ferarumque ludibriis expoſita, ſuorum vero corpora religioſe cremata, oſſaque & cineres religioſius fuiſſe in has vrnas repoſita tradidit. Quae quidem coniectura alteri meae occaſionem dedit, qua in eadem tot cadauerum crematione, magnam armorum ex aere ſolo tum temporis fabrefactorum copiam in praeſtantiorum Ducum rogos vna cum theſauris ex praeda collectis fuiſſe coniectam opinor, quae poſtquam in tantae molis maſſam colliqueſceret, cum vrnis dein ſepulta

(67) *Hartknoch diſſ. 13. p. 194.*

ta fuit, hancque veram eſſe ſcoriarum immenſae molis ibidem inuentarum cauſſam auguror, ſuperius enim a me oſtenſum eſt, ferri apud vetuſtiores incolas longe minorem ad arma vſum fuiſſe, quam aeris: vnde & hanc noſtram de Scoriis illis metallicis ſententiam haud pauciores Patronos inuenturam confido, quam alteram Mellenii, qui reconditos fortaſſe in ſepulchretis theſauros, permiſſu autem Numinis ſupremi a Diabolo conflatos & in ſcorias eſſe reſolutos ſcribit. (68) Quod maiores noſtros concernit, quorum diuitiae conſiſtebant vtplurimum in pecudum numero, exiguum inter ipſos auri argentique fuit precium, quando & vaſa argentea non in alia vilitate (69) habuerunt, quam quae humo finguntur. Factum hinc arbitror, vt rei, cuius acquirendae cura minus tangebantur, conſeruandae quoque aut ad poſteros deriuandae parum ſtuderent: & credibile videtur, exeunte altero poſt Chriſtum natum ſeculo depoſita eſſe in agris vel ſepulchretis illa vaſcula, in quibus pecuniam Romanam inuenerunt poſteri. Equidem Bartholinus laudati operis capiti nono diſquiſitionem de Numis externis & inquilinis in terra repertis, litteris praeſertim Runicis ſignatis inſeruit, quos inter aureis quibusdam orbibus, quorum ectypos paginæ 461. adnectit, anſulas ideo additas argumentatur, ut amuleti inſtar collo adpendi poſſent, ſicut numiſmati pro amuleto inſeruituro foramen infuiſſe ad traiiciiendum funiculum, quo ad collum geſtaretur, annotat Ioannes Macarius in Abraxa Ariſtopiſto, vbi veteres geſtaſſe adpenſa numiſmata non ſolum aduerſus mala, ſed etiam ad bona procuranda, ex Chryſoſtomi homil. 25. ad populum Antiochenum collegit. Recte vero ad haec reſpondet celeberrimus Tenzelius, foraminula & anſulas non ideo ſemper adiunctas, vt amuletorum nomine geſtarentur, ſed & ornatus gratia factum, vt e collo penduli gererentur numi. Quatuor eius generis aureos orbes,

(68) *pag. 16.* (69) *Tacit. Germ. V. 5.*

bes, quales ethnici quondam Reges & heroës in regnis ſeptentrionalibus partim tanquam inſignia dignitatis ac virtutis, partim etiam amuletorum loco e collo geſſerunt pendulos, qui poſtmodum vna cum eorum oſſibus, & quibus in vita vſi erant armis, aggeſto humo ſunt contumulati, exhibet aeri inciſos Vir Ampliſſimus Elias Brennerus, cuius tabella, licet tres ex his orbibus peculiari commentario deſcripti ſint a Ioanne Scheffero, paucis tamen ob raritatem exempli veſtris in terris erit cognita. Noſtrates numi (hos autem noſtrates voco, qui ex agris noſtris effosſi ſunt,) quantum mihi de iis conſtat, neque anſulis inſtructi ſunt, neque foraminulis perforati, atq; adeo a maioribus neque ad ornatum, neq; amuletorum loco adhibiti. Ad alterum membrum *de Charontis Naulo* quod attinet, quamuis apud gentes quasdam iſtud obtinuerit, eiusque rei in ipſo fere Chriſtianiſmo veſtigia deprehendantur, LYGIIS tamen, QVADIS, SLAVISque hoc nomine incognitum videtur. Graeci, qui hunc numum *Danácen* & *Naulum* vocarunt, vt primi ritus huius auctores mortuo ſtipem in ore componebant, Charonti portorium & naulum, (70) quod eſt precium pro vectura nauis, ſolutum ei qui nauem exercet, *l. cum ſeruus* §. *fructus D. de leg. I.* An Romani eiusdem moris ſemper fuerint obſeruantes, dubito, quoniam doctisſimus Kirchmannus, qui *de Romanorum Funere Libros quatuor* edidit, nullius ſtipis aut portorii meminit, qui tamen pecuniam aurumque cum mortuis conditum, eius effoſſores τυμβωρύχυς, cadauerum vero Spoliatores *Sacrilegos ac fures* vocatos, integro capite XIV. libri tertii probat. In faucibus Mumiae Wratislauienſis repertum inter vnguenta complicatum puriſſimo ex auro folium, crenis inſigne ac mirandae tenuitatis, vtque pondo exegerint curioſi examinatores, non niſi decem, vt vocant, granorum, illuſtre quondam Sileſiae decus, Andreas Gry-

(70) *Gutherius de Jure Manium Lib. I. cap. 17. p. 104. Caſalius cap. 26. pág. 145.*

Gryphius (71) memoriae prodidit, ſed pro naulo nemini obtruſit. Argenteum numum prope Neſtuediam minorem in cranio humano repertum poſſedit Bartholinus (72), quem pro naulo Charontis interpretatur Tenzelius. (73) Id enimvero non mage admirationem quam abominationem meretur, inter alias Chriſtianae religionis caerimonias, hunc quoque a gentilibus mutuatum atque introductum olim in Eccleſiam fuiſſe ritum, quo SS. Euchariſtiae Symbola, quae aegrotantium & ad alteram vitam anhelantium merito a Patribus *Viaticum* adpellantur, non mortuis tantum infuſa, verum & conſepulta ad modum *nauli* legimus. Equidem non exſcribam hoc loco, quae Ioannes Andreas Gleichius & Ioannes Andreas Schmidius, *de Euchariſtia moribundis ac mortuis olim data*, doctiſſime diſputarunt, quorum hic locum Theod. Balſamonis de ſancto pane cum mortuis ſepeliendo adfert: *νομίζω γίνεθαι εἰς ἀποτροπὴν τῶν δαιμονίων, καὶ ἵνα δὶ αὐτȣ͂ ἐφοδιάζηται πρὸς ȣ̓ρανὸν, ὁ τȣ͂ μεγάλȣ καὶ ἀποϛολικȣ͂ καταξιωθεὶς ἐπαγγέλματος· existimo hoc fieri ad auertendos daemones, & vt per ipſum tanquam viaticum deducatur ad coelum, qui magna & Apoſtolica profeſſione dignus eſt habitus.* Vt tamen eo maior mihi fides habeatur, adducam ex famigeratiſſimo PP. Societatis Ieſu Theologo, Theophilo Raynaldo Gallo, expreſſa quaedam verba, abs duobus illis Doctoribus Theologis neglecta, quibus *in Heteroclitis Spiritualibus* utitur. *Aliqui olim*, ſcribit, (74) *ori ipſi mortuorum impoſuere S. Euchariſtiam ad abolendum vſum ethnicum immittendi ori mortuorum pecuniolam, quae eſſet pro naulo ad tranſuectionem per cymbam Charontis. Vt ergo is profanus vſus aboleretur, & naulum tranſuectionis noſtrae in coelum eſſe Euchariſtiam docerent, ori mortuorum diuinam Euchariſtiam immittebant. Nihil horum nunc locum habet apud fideles, & qui eo pacto honorare Chriſtum in Euchariſtia vellet, inconſultiſſime faceret, & Chriſti potius dehoneſtator audiret —*

(71) *in libello de Mumia Wratislauienſi pag. 45. 46.* (72) *Lib. II. c. 9. p. 460.* (73) *in Colloqu. anni 1695. p. 966.* (74) *Tom. I. Sect. I. Puncto VII. fol. 82. b.*

— *Videntur autem*, pergit alibi, (75) *qui hoc mortuis ſubſidium ex ſuo ſenſu citra Eccleſiae ſuffragium adhibuerunt, aut corrigere, aut in melius commutare voluiſſe vſum quendam ethnicorum, aut de reſtituenda defuncto communione Eccleſiaſtica fuiſſe ſolliciti. Is, quem dixi, vſus gentilium erat, ori mortui hominis trientem imponere, tanquam naulum apud inferos pro portorio pendendum. Vt igitur ſignificarent, Euchariſtiam, quae vere eſt pignus gloriae, eſſe Chriſtianis naulum tranſuectionis ad gloriam, dimiſſo ethnico vſu trientis, immittebant ori defuncti corpus Chriſti.* Graecorum hac de re opinationes, & commendatitias litteras, quas Moſci a Patriarcha viuente ad D. Nicolaum in coelo, de vita ac moribus mortui exaratas, & in loculo cum defunctis ſepeliendas ſerio flagitant, ex Allatio & Oleario, ne prolixior videatur digreſſio noſtra, repetere iam nolo. Hoc interim probe notandum eſt, Numos ex tumulis Chriſtianorum aeque ac gentilium extractos, non ſemper *nauli* ſed & *indicis temporarii*, quo quisque nimirum obierit, aut terra conditus fuerit, vicem praeſtitiſſe. Boſius ſane *in Roma ſua ſubterranea Lib. I. cap. XX.* adnotauit, quod quamuis mos non fuerit in Eccleſia primitiua vſitatus, vt Chriſtiani aurum ponerent in ſepulchris, niſi quod veſtibus intextum erat, vel annulorum, quos digitis geſtabant, aliquod tamen numiſma ad memoriam temporis, quo ſepulti fuerant, additum, in multis cœmeteriorum conditoriis obſeruatum fuerit. *In Sacris cœmeteriis* (quae verba ipſius Boſii ſunt Lib. 4. cap. 31.) *innumera inueniuntur ſepulchra cum ſigno Chriſti, praeſertim Marii ſub Hadriano, Alexandri ſub Antonino, Caii Papae ſub Diocletiano, vbi tria eiusdem Diocletiani reperta ſunt numiſmata. Solebant enim primi Chriſtiani, quum ſepelirent martyres, eorum ſepulchris addere numum Imperatoris, ſub quo martyrium paſſi erant.* Exempla eadem adfert Paulus Aringhus (76),

(75) *Tom. I. Sect. II. puncto X, integro, fol. 418. 419. 420. conf. Tom II. Sect. I. puncto VI. §. 1. 2. fol. 86. a.*

(76), additque fideles in tumulandis Sanctorum Martyrum exuuiis numiſmata quoque Imperatoris, ſub quo iidem coronati fuerant martyrio, iuxta illos ſtudioſe reponere conſueuiſſe. Idem ab ethnicis factitatum non Childerici modo exemplum, (in cuius tumulo numi Regum coaeuorum, quorum donis ac munuſculis cultus ab iis fuit Francorum Rex, inuenti ſunt) (77) verum Erizzi (78) etiam & Chifletii adducta plura ex auctoribus probatis loca comprobant. Aliam nunc ergo illis ineundam eſſe inpoſterum rationem concludimus, qui, quicquid hactenus numorum aut pecuniae ſignatae in Vrnis ſepulchrisque inuentum audiunt, ſtatim *pro naulo Charontis* venditant: tantoque minus ea *nauli* adpellatio noſtratibus numis tribuenda eſt, quum de LYGIIS veteribus certum ſit, illos de altera vita fabulas, a Graecorum commentis longe diuerſas, ſomniaſſe, atque adeo pro vectura Charontis, cuius nomen ac vices ignorabant, portorio ac ſtipe non indegiſſe.

IX. VSTRINA tandem conſiderari etiam debet, locus, in quo cadauera comburebantur. Non procul illam abeſſe ab Vrnarum conditoriis, auctores fere omnes obſeruant, cuius rei non aliud euidentius ſignum eſt, quam ſi terram atram, carbonibus & ambuſti ligni fruſtulis refertam offendimus, qualem in agris LIGNICENSIBVS verſus humum paludoſam (gegen den Bruch) detexit D. VOLCKMANNVS. An in tumulo ſiue loco quodam editiore ſtructa fuerit pyra, aut in media camporum planitie, definiri nequit. Miror autem Treuerum (79) de rogo in fouea exſtructo, de cadauere in illa, quaſi ſtaret, compoſito, vel linteis Asbeſtinis circumuoluto, aut in ciſta lapidea contento, vt cinis humanus a ligneo diſcerni potuerit, (80) ſollicitum eſſe, & deſcriptio-

(76) *Romae Subterr. L. 6. c. 23.* (77) *Chifletius in Anaſtaſi Childericiana cap. 17. p. 256. 257.* (78) *de Numiſm. pag. 6.* (79) *pag. 12. 13.* (80) *conf. Kirchman. Lib. III. c. 7. p. 362. ſeq. Treueri commentum de foueis uſtrinarum merito refutatur ab Arnkielio in Addendis ad Part. III. Antiqq. Cimbric. p. 406. 407.*

ptionem combuſtionis ab Indorum exemplo petere. Euoluendus erat potius in Antiqua Germania Cluuerius (81), & loci, quos hic ex auctoribus rerum Celticarum adduxerat, Procopiique teſtimonio confirmauerat, conſulendi. Quis enim in illa caerimoniarum apud Maiores ſimplicitate tam curioſe diſcretum cinerem herilem ab alio crederet, qui oſſium potiorem habitum fuiſſe reſpectum quam cineris nouit? Romanorum haec & Gallorum cura fuit, non Germanorum, non L Y G I O R V M, & qui alii Sileſiam illo tempore incoluerunt. Quod de Sarmatis Mellenius refert, non tango, neque enim Vſtrinae lapidibus in quadratam ſurgentis formam, immo ferreis laminis tectae vllam credit ipſe vſpiam eſſe memoriam. In Cimbria ſtratas inſtar pauimenti ex lapidibus vſtrinas Maior vidit, & iuniperi aut abietis ramos ad rogum adhibitos ex minutis carbonum reliquiis (82) concludit. Ad noſtratium pyras pinum, abietem, ac betulam vel quercum etiam delectas, illarum apud nos arborum prouentus arguit. Equos, Canes, Arma, Seruos & Vxores nonnunquam iisdem cum Patrefamilias flammis arſiſſe, Heri tamen atque vxoris aut liberorum oſſa tantum cum exigua cinerum portione in vrnam collecta, ex oculari inſpectione conſtat, cinere interim reliquo ac caeteris oſſibus in vſtrina relictis, aut leui humo contectis. Maiora oſſa partim malleo in minutas partes confracta, partim integra ad latus maioris ollae poſita fuerunt. Rogum vino reſperſum, & oſſilegium nono demum poſt cremationem die inſtitutum, nemo de noſtris temere dixerit. Et quum ex domeſticis quosdam, ſeruos praecipue, ancillas, mancipia, vel pueritiam nondum egreſſos, ante mortem Patroni ſui ſaepe numero deceſſiſſe contigerit, illorum cadauera absque publico funere ambuſta atque humata, haud raro etiam nuda in ſyluis ac

ſolo

(81) *Lib. I. c. 53.* (82) *Maior* in dem Neu-Bevölkerten *Cimbrien cap. 27. & 41. conf. Rhodium in Actis Maris Balthici anni 1699. pag. 90.*

ſolo relicta aut in profluentem abiecta fuiſſe (83) certum eſt. Carnem ſane crudam cum oſſibus ac cinere in vrna Comitatus Pinnebergici repertam Riſtius adfirmat. Solos itaque Nobiliores ex populo, & Patresfamilias ſolemni pompa crematos, caeteris autem exequias, vbi fata quenquam inopinato rapuiſſent, ad eum, quem memoraui, modum factas vix ambigo, quod alias infinitus eſſet vrnarum in agris numerus, ſi ad ingentem populi multitudinem ab auctoribus Latinis paſſim memoratam computus inſtitui, & ſinguli praeter oſſuarium maius, tot ollas ſocias minores accepiſſe deberent. De Dentibus diuerſae magnitudinis in Vrna Sarmatica non minus, quam in noſtratibus repertis Mellenii (84) coniecturam amplector, & eorum quidem maiores pro equinis maxillaribus, minores autem pro humanis agnoſco. Aureos, argenteos, vel eburneos nunquam heic loci effoſſos, apud Romanos autem hanc conſuetudinem fuiſſe, recordor. Extat in XII. Tabularum Legibus vndecima huius tenoris: *Funeri aurum ne addito: aſt quoi auro dentes vincti erunt, im cum eo ſepelire vrereue ſe fraude eſtod.* Dentes hic illos intelligi, quos quis elapſos vel euulſos auro ſibi incruſtauiſſet atque adſeruaſſet, vel factitios magis, inſititios, & exemtiles auroque deuinctos, qui poſſint in reliquam dentium ſeriem inſeri, ad explendam ſedem eorum, qui forte exciderunt, adiuuandi ſermonis gratia, interpretes commentantur: quos inter Conradus Rittershuſius in Dodecadelto (85), certum eſſe addit *primo*, *quod aurum illis adhibitum fuerit, ac deinde, quod licuerit eos dentes cum ſuo auro vel exurere vna cum reliquo cadauere, vel ſepelire, idque Decemuiros ſine fraude eſſe iuſſiſſe, hoc eſt, ſine multa vel poena, tum vt honos haberetur dentibus, in quibus ſplendidandis magna veterum cura fuit, velut ex Apuleii Apologia quoque notum eſt, tum quod parua iactura tantillae auri particulae videretur Legiſlatoribus.* Sed haec dentium aureorum, vel

G auro

(83) *de abiecto ſeruorum apud Romanos funere Gutherius Lib. II. cap. 36. pag. 403. ſeq. agit.* (84) *pag. 28. 29.* (85) *claſſ. II. cap. 12. pag. 34.*

auro incruſtatorum hiſtoria, non ad LYGIOS inquam, verum ad ſolos Romanos ſpectat.

X. Vltimam diſſertationi manum impoſituro, quot ſeculis in terra delituerint Vrnae, quoue tempore in eam defoſſae ſint, disquirendum eſt. *Querfurtenſibus* Vrnis aetatem mille annorum Butnerus (86), *Sarmaticis* ſeptingentorum Mellenius (87), *Marchicis* prima receptae fidei Chriſtianae initia Treuerus (88) tribuit, qui omnes, quando haec ſcribunt, ad illa tempora reſpiciunt, quibus abrogatos cremationis ritus, & humationem frequentatam fuiſſe, in annalibus refertur. Enimuero ſi combuſtioni cadauerum is praefigendus eſt terminus, qui ſepulturae initia dedit, ſtatuendum erit ſecundum quorundam opinionem de noſtratibus Vrnis, quod prioribus quinque ſeculis a Chriſto Nato in agro ſint depoſitae, quem ciues poſtea Freidhöfe / Martisburgenſes Kirch=Aecker / Veſontini autem *Champ-noir*, ſeu *campum nigrum* dixere. (89) Poſtero enim tempore, maxime circa medium ſeculi ſexti, contigiſſe ſub Lechi auſpiciis Slauorum Venedorumque in has terras irruptiones, communis auctorum ſententia eſt; Lechitas autem terrarum victores LYGIORVM QVADORVMque ſobolem omnem non quidem extinxiſſe, Sacrorum vero formulas, & funerum ritus, & imperii leges atque dominationis arcana ipſis praeſcripſiſſe, multis vero perquam ſimile videtur. Ac inter hos quidem Slauos ſolam funerum humationem viguiſſe, cremationem autem cadauerum nunquam fuiſſe receptam D. Thebeſius arbitratur; Dlugoſſi, vti adparet, auctoritate motus, qui Cracum I. a Polonis in monte Leſſetino prope Cracouiam *ſepultum*, Principem quoque Vandam in campo *ſepultam*, & Popielium (qui poſtremus ex ea Familia Dux fuit) patruorum veneno e medio ſublatorum corpora *ſepeliri* vetuiſſe ſcribit, atque *ſepeliendi* vocabulo vti-

(86) *cap. V. § 7. 8. p. 41.* (87) *pag. 30.* (88) *pag. 25.* (89) *Chifletius in Veſontione cap. 26. pag. 90. ſeq.*

vtitur, de quo Ciceronem, *non, qui vritur, ſepelitur, ſed qui humatur,* dixiſſe legimus. Vtut autem Dlugoſſi teſtimonia in dubium neutiquam vocem, eius tamen vnius auctoritatem ad argumenti negatiui robur non ſufficere, inde coniicio: quod *primo* Lechitas funerum combuſtionem nunquam frequentaſſe, expreſſis verbis non ſcribat; aliorum dein ea de re teſtimoniis deſtituamur; &, quod palmarium eſt, apud omnes populos, quibus cadauerum crematio in vſu fuit, eodem quoque aeuo ac tempore ſepulturam ſiue humationem frequentatam, plura ſcriptorum loca diſerte probant. De Graecis & Romanis non attinet dicere, apud quos humationem & combuſtionem fuiſſe in vſu Kirchmannus (90) in veſtibulo ſtatim operis ſui de Funeribus Romanorum oſtendit. Arnkielius in Gentiliſmi Cimbrici deſcriptione, (91) ex Saxone Grammatico aliisque auctoribus deducit, defunctorum vxores, amicos, clientes ſuperſtites non ſemper vna cum iſtis fuiſſe crematos, ſed aut viuos, aut prius occiſos illorum tumulo illatos: atque idem ex vſtrina collegit Rhodius in Obſeruationibus ſuis de Tumulis Cimbricis ſaepe a nobis laudatis, & Actis Maris Balthici anni 1699. non ſine merito inſertis, pag. 375. Franci item ac Veſontini vſum cremandi cadauera & ſepeliendi promiſcuum habuere, repertaque aliquando calcaria & enſes in ſepulchris equitum atque nobilium, Chifletius in Veſontione cap. XXVI. p. 92. docuit. Caeteris quoque Germanis non infrequens fuit uterque funerationis modus, cuius memorabile exemplum his verbis Butnerus (92) narrat: Man hat auch unſerer Orten Gräber mit unverbrandten Leichnammen gefunden / und wurde anno 1690. zu Varnſtadt / da man einen Steinbruch zu ſuchen gedachte / folgendes angetroffen: Auf einer Seiten fande ſich eine Vrna mit verbrandten Knochen eines Kindes / auf der andern Seiten Knochen von einem begrabenen Menſchen / ſo ziemlich mürbe / zwiſchen beyden aber

(90) *Lib. I. cap. 1. pag. 2. & Lib. III. cap. 8. p. 369. 370.* (91) *cap. 42. §. 4. p 344.*
(92) *cap. VII. §. 7. p. 56.*

in der Mitte ein vollkommenes Manns-Gerippe / welches zur Seite einen Spieß liegen gehabt / davon das Obertheil ſo von Kupfer / mir aus den Hoch-Adl. Geuſauiſchen Gerichten durch Hn. Albrecht Anton von Linſing überbracht worden / deſſen Abbildung hierbey zu ſehen. Quid Altenburgi ac Martisburgi huic rei ſimile obſeruatum a nonnullis ſit, alio tempore fuſius exponam. Potuit ergo & apud Lechitas vterque funerationis ritus, crematio nimirum atque ſepultura cadauerum viguiſſe, quum praeſertim in ipſa Sarmatia, ex cuius patentiſſimis campis effuſa eſt Lechitarum ſiue Slauorum in oras noſtras multitudo, Vrnarum ſepulchralium e terra paſſim erutarum copia non deficiat. Accedit alterum, ſi Slaui ſoli in more poſitum habuerunt, vt ſepelirent defunctos, annon LYGII, quamuis a Slauis ſubacti, & in vnum quaſi populum cum iis coaleſcentes, patrios tamen cremationis ritus etiam poſt ipſam ſubactionem a Lechitis factam retinuerint, atque idcirco ex VI. VII. VIII. IX. ac X. fere Seculo, quo conuerſa fuit ad Chriſtum vniuerſa Prouincia, petenda ſit Vrnarum noſtrarum aetas? Pruſſos certe veteres combuſtionis ac humationis vſum communem habuiſſe vsque ad illa tempora, quibus Ordo Teutonicus morem cadauera comburendi ſuſtulit, apud Hartknochium (93) traditur. Verum cum *quarto* Aerae Chriſtianae ſeculo inter Romanos (94), *quinto* inter Francos, poſterioribus inter Saxones aliasque Germanorum nationes in deſuetudinem venerit cremandi defunctos caerimonia, quod myſteria Chriſtianae religionis vulgarentur his gentibus, & mores etiam nimis antea barbari magis ac magis emollirentur; ad eundem ſe modum conformaſſe & LYGIOS noſtros haud vanis plane coniecturis adſtrui poſſe confido, apud quos hercle Theotiſcum idioma, & fauor erga Germanos alios aduenas, & antiquae fortitudinis ſtimuli, atque perpetuus in patriam amor diutiſſime fuit exercitus atque conſeruatus. Immo maior adhuc Vrnarum noſtrarum aetas inde probari poſſe videtur, *quod*

(93) *diſſert. XIII. §. 4. p. 191.* (94) *teſte Macrobio Butner. p. 41.*

quod aeneae armorum reliquiae inueniantur, nulli autem vnquam gladii; quum tamen veroſimile ſit, altero poſt Chriſtum natum & tertio ſeculo *tum ferri ad arma, tum gladiorum inter arma vſum apud maiores noſtros introductum* fuiſſe. At vero ſi iſto, quo defoſſae ſunt Vrnae noſtrates, tempore *publicus fuiſſet ferri & gladiorum vſus, reliquiae nos eius rei certiores* redderent.

XI. Verbo tandem vt quid ſentiam exprimam, nihil hic certi, *ſiue de Vrnarum aetate, ſiue etiam de illa LYGIORVM Ciuitate,* cuius haec oſſium conditoria fuerint, ſtatuendum puto. Inextricabilis nodus eſt veteris Geographiae de Sileſiarum Incolis & Finibus, & quum pleroſque populos praeſertim Sarmatis proximos, illo maxime trium Seculorum VI. VII. VIII. decurſu, qui Carolum Magnum Imperatorem, conditorem ſtudiorum liberalium in Germania primarium praeceſſit, laborare defectu Codicum, qui pleniorem noticiam rerum hiſtoricarum ab anno 500. ad 800. ſuggerat, celeberrimus noſter Hanckius (95) fateatur, cuius tamen in Sileſiorum Antiquitatibus inexhauſta eſt eruditio, tanto minor in hiſce tenebris exigenda erit abs tirone, qualis ego ſum, coniecturarum exactitudo. Quicquid igitur *de animarum immortalitate a maioribus credita; de victimis ad regum mactatis, & luſtratione funerum per Sacerdotem facta; de re veterum veſtiaria,* cuius tantum *Fibulae, & armamentaria,* ex qua *Framearum & Iaculorum Globulorumque reliquiae* ad noſtram memoriam durarunt; *de ordine ſupellectilis culinariae, & vaſculorum ad compotationes, ſigillatim funebres, adhibitorum,* qualia cum vrnis fuiſſe condita experimur; *de Vicorum Pagorumq; ad flumina praecipue, riuos, ſyluas ac prata, excultorum ratione; de Numis, commerciis ac migrationum & bellorum viciſſitudinibus;* denique *de non turbanda praeter neceſſitatem Vrnarum ac mortuorum quiete,* dicendum reſtat, aliorum curis & inquiſitioni praeripere nolo. Satis enim prolixus ipſe mihi videor, & in tumultuaria iſthac de VRNIS LIGNICENSIBVS AC PILGRAMS-

(95) *de Sileſiorum Maioribus cap. 21. §. 19. pag. 125.*

GRAMSDORFIENSIBVS Epiſtola erunt ſine dubio multa, quae partim in tractatione, partim etiam in digreſſionibus aliquoties factis quorundam oculos offendent,& nigrum criticorum theta merebuntur. Mihi certe, quum aggrederer narrationem iſtam,non aucupium laudis aut iniquior in aliorum ſententias cenſura pro ſcopo fuit, ſed ſolus amor illuſtrandae quocunq; modo patriae.Quod ſi ergo contigerit,vt aliorum oculis ſubiiciendus, aut typis aliquando exſcribendus veniat hic meus labor, (quamuis in eum finem, vt in conſpectum omnium exponatur, ſcriptus a me non ſit,) exoratos volo omnes ac ſingulos bene meritos de hiſtoria patria Ciues, vt me libere commiſſi paſſim erroris admoneant,& eum mihi animum eſſe credant,qui cenſuras aliorum lubenter admittit; ſecus autem ſentientibus, ſi cum veritate coniuncta eſt illorum opinio, nunquam obſtrepit, & meliora probatioraque edoceri maximo deſiderio tenetur.

Quod reliquum eſt, Tuam inprimis gratiam imploro, REVERENDISSIME PRAESVL, cuius oculos nugarum mearum prolixitate iuſto quam par erat diutius fatigaui, & ab aliis grauioribus negociis diſtinui. Deum precor ex animo, vt vires ac ocium Tibi largiatur, quo doctiſſimas curas, quibus nobiliſſimi olim ac famigeratiſſimi Ciuis noſtri NICOLAI HENELII SILESIOGRAPHIAM RENOVATAM illuſtrare, & noua quaſi veſte induere auſpicatus es, ad finem feliciter perducere, & in HENELIO a Te publicam in lucem expoſito, publicum etiam atque aeternum laudis Tuae monumentum Orbi litterato exhibere quantocyus poſſis. Ita vale perpetuo & faue

REVERENDISS. ATQVE ILLVSTRISS.
NOMINIS TVI

Scribebam Lipſiae exeunte Maio, Anni MDCCIII.

Cultori obſeruantiſſimo

M. CHRISTIANO STIEFF.

ADDENDA.

Pag. 1. lin. 17. *ab Olao Rudbeckio*] Hr. Rudbeck in Schweden hat allein bey Upſal eine Meile umbher in die 12370. Heiden-Gräber umgegraben / und die darinnen befindlichen alten Reliquien hervorgeſucht / teſte Langerloſio & Arnkielio *de Re Funebri Populorum Septentrionalium Lib. II. c. 15. §. 14. p. 273.*

Pag. 1. lin. 20. *poſt verba: & Jacobo Mellenio*] Adiungi his optimo iure meretur M. TROGILLVS ARNKIEL, Praepoſitus & Paſtor Apenradenſis in Ducatu Sleſuicenſi-Holſato, in cuius libro von der uralten Mitternächtiſchen Völcker Leben / Thaten / Begräbniß und Bekehrung / Pars tertia agit: Was die Cimbriſchen und Mitternächtiſchen Völcker vor Gräber und Töpfe gehabt / darinnen ſie die Aſche der verbrandten Cörper verwahret / und ihre gebrauchte ſeltſame Grabſchriften. Opus Hamburgi 1703. 4. prodiit, figuris multis ornatum, quod quum his diebus eius mihi facta eſſet copia, auidiſſime perlegi, & quaedam in eo inueni, quae quod ad illuſtrationem coniecturarum mearum faciant, inter Addenda omnino memoranda iudicaui, ſuo quaeque loco inſerta.

Pag. 6. lin. 12.] der Spinnen-Augen Poſitur wird vermittelſt eines Vergröſſerungs-Glaſes alſo befunden:



vid. Lehmanns Hiſtoriſchen Schau-Platz der Natürl. Merckwürdigkeiten in dem Meiſniſchen Ober-Ertzgebirge / *Sect. XI. cap. V. p. 631.* (Lipſ. 1699. 4.)

Pag. 9. lin. 19. *tumuli ex lapidibus maioris molis, ſeq.*] Solche Grab-Berge und Hügel ſind in der gantzen Mitternächtiſchen Gegend üblich geweſen / und iſt davon ſonderlich Arnkiel Lib. II. cap. 3. 4. 5. 6. nachzuleſen / wo er die Gröſſe dieſer Grabe-Hügel beſchreibt / und cap. IV. §. 8. p. 224. hinzuthut: Je gröſſer und fürnehmer die Perſonen geweſen / welche da begraben ſeyn / ie gröſſer muſten auch ihre Grabſteine ſeyn. Daher ſiehet man an etlichen Orten ungeheure groſſe Grabſteine / wie Felſen / ſtehen / darüber man ſich verwundern muß / daß dieſelbe durch Menſchen-Hände

haben

haben können dahin gebracht werden. Etliche ſolcher Hügel ſind mit 3.4.6. oder mehr Steinen beſetzt: Etliche Grab-Berge ſind mit zweyen / ja gar mit dreyen Stein-Kreißen umbgeben. vide Iconiſmos apud Arnkielium.

Pag. 12. lin. 23.24.] die Cimbriſchen Heyden-Begräbniſſe werden Rieſen-Gräber und Rieſen-Bette genennet / Arnkiel Lib. II. cap. I. § 3.4. p. 204.

Pag. 13. lin. 15. *quo fanum gentis olim ſtetiſſe*] Curaeus in Sileſiorum Annalibus: *Caſimirus etiam vt gratus eſſet ſuis nutriciis, Colonias Monachorum S. Benedicti in Poloniam deduxit, & Sodalitium vnum collocauit LEVBVSIVM in Sileſiam ad Viadri ripam, vbi olim fuerat celebris cultus idoli ethnici.*

Pag. 14. lin. 5. *eſt locus iſte LVBENS Julio de Caeſare dictus.*] Caſpar Iongelinus in Abbatiarum Ordinis Ciſtercienſis Noticia Lib. V. de Sileſiae Monaſterio Leubuſienſi, quod *Lubenſe* vocat: Hic (Caſimirus) Ordinis S. Benedicti, quem antea profeſſus erat, non ingratus eſſe volens, eiusdem aliquot Monachos ex Polonia in Sileſiam tranſtulit, & Monaſterium in loco dicto LVBENS fundauat, ubi Iulius Caeſar olim caſtra locaſſe dicitur, & ubi idolorum fuit templum, cuius veſtigia hodie adhuc inibi monſtrantur.

Pag. 15. lin. 20. *ab ipſa natura produci.*] In hanc claſſem referendus etiam eſt Bohuslaus Balbinus S. I. qui *in Miſcellaneis Hiſtoricis Regni Bohemiae Decad. I. Lib. I. cap. 49. fol. 115. a.* ſic ſcribit: Mirum eſt, & vere naturae arcanum, quod circa Cunaci montem (*Kuneticka Hora* vulgus adpellat,) non procul a loco, vbi quondam ditisſimum totius Bohemiae coenobium Ordinis S. Benedicti ſteterat, (*Opatowice*) reperitur. OLLAS paſtorculi ac pueri ludentes ſaepe effodiunt, tali opificio perfectas ex argilla, vt nihil in illis omnino niſi lituram illam (Glätte) qua ollas perfundere ſolent, deſiderare poſſis. Ollas eiusmodi extractas, & ſole ſiccatas ruſticae per ea loca adhibent coquendis rebus omnibus, praebentque vſum commodisſimum in culinis. Eiusmodi quoque ollas in maiore Polonia reperiri auctor eſt Miechouius Lib. I. Hiſtor. Polon. cap. 3. Exiſtimo argillam eius generis (quae *Gil* nobis dicitur) ad figuram ollarum ſponte ſeſe ac libenter componere, natura ipſa, quid fieri velit, docente. Eiusmodi ollas demortuorum Vrnas fuiſſe Ionſtonus adfirmat, *in Thaumat. Natur. claſſ. 4. cap. 14.* Crederem, ſi ex tumulis, non in argilla media ollas effoderemus, aut ſi eae ollae vrnarum

more

more conformarentur, & vel cineres, vel aliud continerent, ex quo mortuales eſſe coniiceremus.

Pag. 17. lin. 19-21. *de vrnis nigricantibus.*] Idem cum Treuero ſentit Adami in Deliciis Biblicis An. 1691. ſuper Geneſin Cap. XXIII. §. 4. ſeq. a Rhodio refutatus in Actis Maris Balthici an. 1699. p. 375. notanda tamen ſunt eiusdem Rhodii verba, quæ pag. 370. leguntur: *Nigrae illae ceu optimae & perraro obuiae, e leuisſima ſubtilique fuſca terra coctae, non ſolum exterius, ſed etiam interius tali nitore & laeuore ſuperinductae ſunt, vt iures, ex pulcherrimo factas eſſe marmore. Aliae & quidem plurimae e crasſiore materia & dubio procul ex lapide arenario pulnerato argilla miſto fictae ſunt, quae varii coloris & modo intrinſecus nigrae, extrinſecus flauae, iterumque intrinſecus albicantes, extrinſecus autem rufae.*

Pag. 17. lin. 29. 30. *laeuorem aliquem atque polituram.*] Treuer pag. 19. ſchreibet: Einen dickglaſurten Todten-Topf mit gelben Pünctlein habe ich ſtückweiſe müſſen heraus nehmen/ ohne welchen ich ſonſt keinen dergleichen unter ſo vielen geſehen.

Pag. 18. lin. 25. *iocumque ſapere id, quod a Treuero.*] Treuers Worte pag. 19 ſind dieſe: An andern Orten in Welſchland/ im Cleviſchen/ ꝛc. ſollen etliche mit Buchſtaben bezeichnet gegraben werden. In dieſen Landen habe ſolche nicht gefunden/ auſſer einen Scherben/ daſelbſt ſich zwar ein paar Buchſtaben dem V. und P. die man VIXI POPVLO leſen wolte/ faſt ähnlichten/ und auf einen tapfern Soldaten deutete/ doch wolte ich dieſe ductus und Züge nicht ſo genau vor Buchſtaben ausgeben. Cum certum ſit, vrnas Marchicas VENEDIS, aut vt Helmoldus loquitur, VINITHIS adſcribendas eſſe, quis (niſi per iocum) fingeret in iſtis vaſculis litteras latinas legi, easque per ſententiam VIXI POPVLO explicari debere? iudicet lector.

Pag. 20. lin. 7. 8. *apud nos perforata.*] Rhodius de Cimbricis: *Vrnae quaedam perforatae ſunt, vt cineres vligine pleni, quam bibunt, euaporare poſſint facilius.* p. 371.

Pag. 21. lin. 25. *ex veteri Theologia plerorumque Septemtrionalium.*] Conferendum cum hoc loco eſt Bartholini in Antiquitatibus Danicis Lib. II. Caput XII. cuius haec ſumma: *Odinus ſolus vinum in Valhalla bibebat: Monoheroes ceruiſiam & medonem: quotidianae potationi indulgentes Valkyriae Monoheroibus potum miniſtrabant. Bibebant in Valhalla ex poculis factis e craniis humanis. Suilla caro, vt potentiſſime nutriens,*

ens, in Valhalla dabatur heroibus. Die Sarmatiſche und Polniſche Völcker haben ihre Todten verbrandt / und bey der Brandſtädte Speiſe mit Meet begoſſen zu dem Ende hingeſetzt / daß die Seelen der Verſtorbenen ſich des Nachts damit laben ſollen. Herm. Fabronius part. I. Hiſt. Mundi lib. I. cap. II. n. 4. p. 390. S. Auguſtinus Lib. I. de Moribus Eccleſiae cap. 34. T. I. taxat grauiter, quod quidam ſuper mortuos luxurioſe biberint, imo & ipſis cadaueribus epulas exhibuerint. Euoluendus hic eſt Arnkielius Lib. I. qui integro capite XX. von Beſtattung der Todten mit Speiſe und Tranck / handelt / & quaenam aliae nationes, hunc ritum obſeruarint, memorat.

Pag. 22. lin. 4. *ab aliis etiam prolati.*] Mellenius de Vrna Sarmatica pag. 21. *Nonnemo opinatur, paruas vrnas, quae maiorem aliquam ſemper comitatae ſunt, & numerum & aetatem cadauerum, quorum oſſa magna illa vrna fuerunt condita, notaſſe: vt adeo, quoties oſſa cremati cadaueris in vrnam maiorem coniecta, parua aliqua olla fuerit appoſita, teſtis inſtar, aliquem ex hac familia Patribus fuiſſe additum. Quam quidem coniecturam ſatis ingenioſam nunc neque confirmare neque habeo refellere.*

Pag. 22. lin. 5. 6. *craniorum diuerſae magnitudinis fragmina*] In vna ſaepe vrna reperiuntur crania plura. Servi & Clientes mactabantur in funere Patrisfamilias aut Patroni, & quum eodem rogo cum ipſo cremati ſint, crania certe in eandem quoque vrnam fuerunt coniecta. At vero dum haec ſcriberem, ſuggeſsit memoria, condita eſſe cum defuncto charisſima quaeque ex ſupellectile: quidni & crania hoſtium ab hero interfectorum? ex quibus pocula ad bibendum facta apud Scythas, Celtas, Gallos, Gothos, Langobardos, Pruſſos, & Danos, Schefferus *in Vpſalia Antiqua cap. 10. p. 152.* Hartknochius *in Antiquitatibus Pruſsicis Diſſert. X. §. 3. p. 162.* & prae reliquis fuſe Bartholinus *in Antiqq. Danicis Lib. 2. c. 12. p. 555. ſqq.* teſtantur. Sed haec ingenioſa tantum coniectura eſt, quam priori poſtpono.

Pag. 23. lin. 30. *vino Hungarico plena.*] Anno 1699. den 3. Maii hat der Todten-Gräber zu Stolpe in Pommern auf dem Kirchhofe in einem Grabe / bey einem verfaulten Sarge einen Krug Bier gefunden / ſo noch wol ſol geſchmeckt haben / wie der berühmte ICtus Dn. D. Colberg in Actis Litterariis Maris Balthici 1699. in Aug. pag 230. meldet. Arnkiel *in Addendis pag. 408.*

Pag. 24. lin. vlt. *lachrymatoriae; de hoc quaeſtio eſt*] Von dergleichen

Lachry-

Lachrymatoriis Vaſculis wil auch Hr. Arnkiel bey ſeinen Cimbrern nichts wiſſen / *Lib. I. cap. 24. pag. 175. ſeqq.* der inſonderheit zu ſeinem Behuf folgende Worte des Adami Bremenſis de Situ Daniae & Reg. Septentrion. tit. de Selandia, p. 133. anführet: *Cum damnatus quis fuerit, laetum eſſe gloria eſt. Nam Lachrymas & planctum, caeteraque compunctionis genera, quae nos ſalubria cenſemus, ita abominantur Dani, vt nec pro peccatis ſuis, nec pro charis defunctis vlli flere liceat.* Arnkiel §. *11. p. 180.* Confer de Vandalis & Pruſſis Hartknochium ab eodem doctiſſimo Arnkielio citatum, *diſſert. XIII. thes. 7.*

Pag. 27. lin. 16. *vnguentorum odoris eximii*] Gutherius de iure Manium Lib. II. c. 32. p. 386. Liquores his in vaſculis varii, qui fere lachrymis & opobalſamo compoſiti, atque in lachymarum phialis aſſeruati, vt inſcriptio teſtatur, quae eſt Rhodae:

C. LAELIO. C. F. IV.
MAGNA. OMNIVM. EXPECTATIONE. GENITO
ET. DECIMO. OCTAVO. AETATIS. ANNO.
AB. IMMANI. ATROPO. E. VITA. RECISO
FVSCA. MATER. AD. LVCTVM. ET. GEMITVM. RELICTA
EVM. LACRVMIS. ET. OPOBALSAMO. VDVM.
HOC. SEPVLCRO. CONDIDIT

Pag. 28. lin. 25. 26. *pro veſtiariis, quam pro comptoriis.*] Quid de acubus comatoriis diſcriminalibus, & aliis huius generis Doctor Maior ſentiat, apud ipſum in Cimbria cap. 44. videre eſt, cuius verba allegat Arnkielius Lib. I. cap. 23. p. 168. ſeq. Miror vero doctiſſimum virum eod. cap. §. 6. p. 164. huncin modum ſcribere: die Schuſter " ſind mit ihren Pfriemen und Meſſer oder Leiſten / die Schneider mit " ihren Scheren und andern Sachen beſtattet. Hr. D. Maior am nechſt= " gedachten Ort pag. 69. ſchreibet von einem Steck=Pfrimen / mit einem " dicken Knopf oder Heft / ſo er von Hr. Jacob von Mellen / Predi= " gern zu St. Marien in Lübeck / bekommen / wird meines Ermeßens " ein Schuſter= oder Schneider=Pfrieme ſeyn. Es ſind auch in unter " ſchiedlichen Gräbern Scheren gefunden / &c. Anno 1691 am 1. May hat " Herr D. Maior in einem großen Grabhügel bey Neumünſter noch ei= " ne art von Steckpfriemen gefunden / nebſt einem krummen kupfer= " nen Meſſer. Scheint ein Schuſter=Meſſer zu ſeyn / wird abgebildet " lit. D. die Steck=Pfriemen lit. E. Verum ignoſcat nobis Vir Clariſſimus,

 quod

quod hac in parte ab ipſo diſſentiamus. Quis enim rei ſutoriae paulſum gnarus has acus pro anguillis ſutoriis accipiet, non ex chalybe, ſed cupro atque aere effictas, neque ſatis mucronis aut aciei ad operas huiusmodi manuarias habentes? Forte & hic aliquid vltra crepidam ſapere ſe crederet ſutor, ſi litterator quispiam id ipſi perſuadere conaretur. Similem plane acum illi, qualis eſt poſterior, ipſe poſſideo, cuius tamen ocularis inſpectio ſatis oſtendit, anguillae ſutoriae vices eam non potuiſſe obire.

Pag. 28. lin. 27. *pelles & ſaga connectere moris fuit.*] Videndus hoc loco Cluuerius *German. Antiq. Lib. I. c. 16. fol. 132. ſeqq.* Helmoldus *in Chronico Slauorum Lib. I. cap. I. §. 5. p. 2.* Pellibus abundant peregrinis, quarum odor lethiferum noſtro orbi ſuperbiae venenum propinauit. Et illi quidem vti ſtercora haec habent, ad noſtram, credo, damnationem, qui ad *Marturinam Veſtem* anhelamus, quaſi ad ſummam beatitudinem. Itaque pro laneis indumentis, quos nos appellamus *Faldones*, illi offerunt tam precioſos *Martures*. Dieſe Marderne Schauben ſind biß ins XVI. Seculum im Brauch und Werth geblieben.

Pag. 30. lin. 10. *armorum fragmina.*] Von Beſtattung der Todten mit Wehr und Waffen handelt Hr. Arnkiel Lib. I. cap. 22. integro, p. 155. ſeqq. Man findet bey den Cimbriſchen Urnen ſonderlich Spiſſe / Pfeile / Dolche / Sporen / und Meſſer von Ertz. §. 4. p. 157. In den Schwediſchen hat man auch Schwerdter geſunden / wovon ſonderlich zu leſen Rudbeck Atlanticae Tom. I. cap. 24. p. 652. deſſen Figuren beym Arnkiel zu ſehen §. 6. p. 157. Iſt eine ſehr gebräuchliche Art bey den meiſten Völckern geweſen / und ſchon bey dem Propheten Ezechiel erwehnet cap. XXXII. v. 17. Et non dormient cum fortibus, cadentibusque & incircumciſis, qui deſcenderunt ad infernum, (h. e. in ſepulchrum) cum armis ſuis, & poſuerunt gladios ſuos ſub capitibus ſuis, & fuerunt iniquitates eorum in oſſibus eorum, &c. Man hat ſolche Schwerdter neben die Vrnas der verbrandten Knochen geleget / §. 16. p. 160. den unverbrandten hat man ihr Schwerdt an die Seiten gegürtet / oder auch in die Hand gethan. §. 17. oder unter die Häupter gelegt. §. 18. ibid. iſt auch bey den Chriſten zuletzt üblich worden. §. 19. p. 161.

Pag. 32. lin. 9. *cultri plures in Cimbricis tumulis.*] De inuentis in vrna cultris agit Arnkielius *Lib. I. cap. 23. §. 5. p. 163. 164.* Hr. Wormius berichtet pag. 48. 49. daß im Sommer anno 1642. bey Callnburg in Seeland / in einem Todten-Topf unter den verbrandten Knochen und Aſchen

ſchen ein Meſſer von Ertzt gefunden worden/ welches unter lit. A. bey ihm abgebildet zu ſchauen.

Pag. 32. lin. 28. *Malleus in vrna apud Hallenſes inventus*] Hieher gehören hauptſächlich die Worte bey dem Hrn. Arnkiel Lib. III. cap. 7. §. 9. p. 307. „Hr. Birckerod wohlverdienter Profeſſor des Königl. Gymnaſii zu Othenſee auf der Inſul Fühnen/ iſt unter andern wegen accurater Unterſuchung der Cimbriſchen Antiquitäten inſonderheit zu rühmen/ als „auch wegen geneigter Mittheilung derer in den Heiden-Gräbern ge- „fundenen merckwürdigen Sachen/ welche unter andern ſind 1.) ver- „ſchiedene Streit-Hämmer von ſonderbaren Steinen mit einem durch- „borten Loch/ darinnen der Schaft/ ſo in der Erden verfaulet/ geſteckt. „Der erſte Streit-Hammer iſt in Jutland bey dem Lymiſchen Sund in „einem Grab-Hügel vom Waſſer eröfnet anno 1698. gefunden/ gleichet an Härtigkeit dem Eiſen/ kan die ſtarcke Schläge der eiſernen Inſtru- „menten ohne einige Verletzung aushalten. Der andere Hammer „glänzet gleichſam mit güldenen Puncten/ wie Körnlein geſtalt. „Wenn darauf Salpeter geſtreuet wird/ fängt es an zu ebulliren/ ſchei- „net/ daß hierunter eine metalliſche Materie müſſe verborgen ſeyn/ iſt „anno 1690. auf der Inſul Fühnen/ nicht weit von der Stadt Othen- „ſee/ in einem Grab bey einem Eichbaum ausgegraben. Die andern bei- „den Hammer ſind nicht von ſo gar hartem Stein/ wie die beyden er- „ſten/ einer iſt auch in Fühnen/ der ander auf der Inſul Toſing in Grab- „Hügeln gefunden. Es verwundert ſich Hr. Birckerod darüber/ daß „faſt niemand dieſe Krieges-Waffen der Alten recht angemercket. Bin „mit demſelben darinnen einig/ daß unſere Vorfahren den Gebrauch „dieſer Kriegs-Hammer hergenommen von dem Hammer ihres Abgotts „Thors/ damit er im Kriege groſſe Thaten ſol ausgerichtet haben/ da von „in meinem Tractat von der Cimbriſchen Heiden Religion cap. 10. num. „3. So weit Herr Arnkiel, welcher auch die Abbildungen dieſer Hämmer am benimbten Orte vorſtellet/ und dadurch denen bißherig-vermeinten Donnerkeilen ihre Autorität ſehr benimmt.

Pag. 35. lin. 18. *arma in ſepulchrum illata.*] Cares paruum ſcutum & galeam, quorum illi inuentores extiterunt, cum mortuis defodiſſe, ex Thucydidis Lib. I. Kirchmannus Lib. III. cap. 8. p. 369. oſtendit. conf. cap. 18. p. 459. ſeqq.

Pag. 35. lin. 25. *equos poſt ſandapilam duci.*] S. Chryſoſtomus homil. III. ad populum Antiochenum: *Diuite aliquo mortuo non ſeruos ſolos & ancillas,*

cillas, ſed & equos neceſſarii ſacco amicientes & agaſonibus tradentes, ad ſepulturam ſequi jubent, calamitatis magnitudinem oſtentantes, & omnes ad miſericordiam allicientes, citante Kirchmanno Lib. II. c. 10. p. 190. Equos in luctu magno tonſos idem Lib. II. c. 14. p. 218. habet.

Pag. 35. lin. 26. *inſignibus in ſepulchrali monumento ſuſpenſis.*) de ſuſpenſis in Principum ſepulchro vexillis & armis vid. D. Carpzov. Lib. II. Iurisprud. Eccleſ. def. 392. Immo non ſuſpenduntur tantum inſignia, ſed & ſi vltimus familiae ſuae obierit, eodem tumulo cum illo ſepeliuntur. Auf dem Lande / verba Lucae recitamus ex eius Chronico pag, 1969. treibt der vermögende Adel groſſen Pomp mit denen Begräbniſſen / ſo wol in Anſehung der koſtbaren Fahnen / Pferde / Schilde / und Särge / als auch in regard der prächtigen Begräbniß-Mahle. Die Fahnen und Schilde werden zum Andencken in der Kirche über die Gruft angeheftet / und von denen Traur-Pferden und Leichen-Tüchern participiret die Geiſtligkeit entweder in natura, oder bekommt ein Stück Geldes dafür / wie es dann ſchon ſein genantes hat / daß etlicher Orten die Traur-Pferde mit 10. thal. gelöſet werden. Wann aber der letzte ſeines Adelichen Geſchlechts begraben wird / pfleget man deſſelben Schilde und Wappen zu zerhauen / und ins Grab zu werffen / gleich wie es dem Letzten des uralten und berühmten Geſchlechts von Danewitz / Joachim von Danewitz / in der Brigiſchen Pfarr-Kirche begegnete anno 1661. Die raiſons über dieſe ceremonie fallen unterſchiedlich: wir wollen uns aber vor dißmal keiner Partey obligiren / ſondern es vernünftigern Urtheilen übergeben. In ſcholiis ad Caput VIII. §. 94. haec etiam verba ab Illuſtriſſ. Dn. Scholiaſte ex Wentzkii Schleſiſchen Ritter-Recht adducuntur: Ich trage keinen Zweifel / ob ſich der Fall zutrüge / daß eine gantze Cognation / Sippſchafft oder Freundſchafft / ſo etwan einer zu Ausführung ſeiner vier Schilde bedürffend / und der gantze Stamm verſtürbe oder verbliche / auch der Schild und Wappen / wie es pfleget / und der Gebrauch iſt / in die Erde mit verſcharret und begraben / und das gantze Geſchlecht alſo getilget würde / ſo habe es doch die Meinung nicht / daß iemands dadurch benommen ſolte ſeyn / die cognation des verſtorbenen Geſchlechts zu ſeiner Nothdurft / & ad conſeruationem nobilitatis, dignitatis & reputationis ſuae, mit Zeugen oder brieflichen Urkunden / wie ihm daß zu thun möglich / zu Ritter-Recht zu deduciren und darzuthun / quia veritati ſua non debent deeſſe teſtimonia, &c.

Pag.

Pag. 57. lin. 27. *Fortunius Licetus de Lucernis ſepulchralibus ardentibus.*] Refutatus is eſt ſpeciali ſcripto ab Octauio Ferrario, & Petro Gaſſendo Tom. I. Opp. in Phyſic. Sect. 2. lib. 3. cap. I. pag. 645. ſeqq. Von ſolchen brennenden Grab-Lampen haben unſere Vorfahren nichts gewuſt. Arnkiel Lib. II. cap. 17. §. 16. p. 281. Caeterum credidiſſe Danos veteres, tumulos mortuorum ignes ambire, quaſi ſacros, viuentium manibus non tangibiles, Bartholinus multis exemplis docet in Antiqq. Danicis Lib. II. cap. 2. p. 275. ſeqq. Es iſt die gemeine Sage/ daß bey ſolchen Todten-Gräbern (verba ſunt D. Arnkielii Lib. I. c. 21. §. 45. p. 154.) darinnen Geld verborgen/ ein Zauber-Feuer brennen/ und daſſelbe Haug-Eld/ das iſt/ ein Grab-Feuer heiſſen ſoll/ wie Bartholinus erwehnet. Ich erinnere mich/ daß bey dem Kirchdorff Lygum/ oder wie es eigentlich heiſſet Løcum/ dieſes Ambts/ ein ſolch Feuer von vielen Jahren her des Nachts ſich ſehen laſſen/ welches ich nebſt vielen andern Leuten geſehen. Ob daſſelbe ein ſolch Grab-Feuer oder Todten-Feuer ſeyn ſoll/ låßt man dahin geſtellt ſeyn. Sonſten ſind an dieſem Ort die ſo genante Leich-oder Todten-Feuer bekandt/ welche ſich des Nachts an dem Ort ſehen laſſen/ da ein Menſch ſterben/ oder ein Todter herkommen ſoll. Es ſind dieſelbe bey uns ſo gemein/ und von ſo vielen geſehen/ auch/ was ſie bedeuten/ wahrgenommen/ alſo daß hieran nicht zu zweifeln. Was von dieſen Leich- oder Todten-Feuern eigentlich zuhalten/ iſt eine andere Frage.

Pag. 38. lin. 9. *colus enim inſigne ſexus foeminei.*] Anno 1554. iſt in einem Grab bey der Stadt Schleßwig eine Weiber-Spindel gefunden worden/ Cypraeus *Lib. 2. Annal. Sleſuic. cap. 2.* Arnkiel. *Lib. I. c. 23. §. 12. p. 168.* qui pag. 169. haec quoque verba memoratu non indigna ſubiungit: Bey einer Påbſtlichen Kindbetterin/ ſo bey uns verſtorben und nicht entbunden/ iſt eine Schere mit Nadel und Drat im Sarg beygelegt. Mir iſt von verſchiedenen glaubwůrdigen Leuten berichtet/ daß auch die Lutheriſche Kindbetterinnen/ die nicht entbunden werden/ Nadel/ Drat/ und Scheren mit ſich bekommen.

Pag. 41. lin. 4. *defoſſi cum defunctis theſauri.*] Euolui ad hunc locum meretur Arnkielius Lib. I. cap. 21. integro, pag. 141. ſeqq. Gallos, memoria proditum eſt, pecunias mutuas, quae his apud inferos redderentur, dare ſolitos. Valerius Maximus *lib. 2. cap. 6. n. 10.* die Chineſiſchen Bonzen oder Prieſter nehmen von den einfåltigen Leuten viel Geſchencke/ und geben ihnen dargegen Verſicherungen oder Wexelbriefe/ welche man Con-

chip-

chinnoces nennet / daß ihnen iede Wohlthat im Himmel hundertfach vergolten werden ſoll. Pinto in ſeiner Reiſebeſchreib. *p. 215.*

Pag. 46. lin. 10. 11. *Commendaticias Moſcorum litteras*] Vide Olearium *in Itinerario Perſico Lib. III. c. 31. p. 315.* Wolfii *Lectiones Memorab. Centur. XVI. ad An. 1580. p 936.* Arnkiel *Lib. I. cap. 23. §. 18. p. 171. ſq.* Mater quorundam è regio Sinarum genere, idolorum acerrima cultrix, per filios autem ad Chriſtianiſmum conuerſa, miſit ad Patres Societatis Ieſu inter alia neſcio quod diploma, quod ad Regem inferni deſtinatum ſacrificuli impoſtores ipſi vendiderant, ea lege, vt ab eo benigne exciperetur, & poenas, ſi quas mereretur, euitaret. Id INFERNI DIRECTORIVM adpellatur. Trigautius *de expeditione Sinica S. I. Lib. V. cap. 4. pag. 501.*

Pag. 46. lin. 21. *aurum niſi quod veſtibus intextum erat.*] Legendus omnino Chifletius in Anaſtaſi Childerici cap. 6. S. Hieronymus Lib. II. Epiſtol. *cur mortuos veſtros auratis obuoluitis veſtibus? cur ambitio inter luctus lachrymasque non ceſſat? an cadauera diuitum niſi in ſerico putreſcere neſciunt?*

Pag. 48. lin. 7. *Oſſium potior reſpectus quam cineris.*] Mellenius pag. 19. *Hinc vera etiam ſunt oſſuaria, & licet quoque cineres continere videantur, magis tamen puluerem hunc ex contritis prouenisſe oſſibus, quam cineres eſſe ex iſtimaveris.* Confer Arnkielium in Addendis ad Part. III. p. 406. 407. qui Treuerum refutat.

Pag. 48. lin 18. *equos, canes, arma, ſeruos.*] Conferatur Arnkielius *lib. I. capp. 15. 16. 17. 18. 19. p. 97-134. ſeqq.* vbi haec omnia doctè illuſtrantur.

Pag. 51. lin. 13. 14. *Arnkielius in Gentiliſmo Cimbrico.*] Immo idem Arnkielius in ipſa tractatione *de Vett. Cimbrorum funere cap. 4. Lib. I. §. 1. 2. p. 23.* expreſſis verbis & adductis auctorum teſtimoniis probat, apud Cimbros, Danos, Saxones, & Suecos combuſtionem & humationem vno eodemque tempore obtinuiſſe. Adde cap. VI. §. 3. p. 31. vbi Cluuerium refutat, quod omnium German. morem fuiſſe comburendi cadauera ſcribit.

Pag. 51. lin. 22. 23. *calcaria & enſes in ſepulchris nobilium.*] De Calcarium ſepultura & iniectione in tumulum vid. Io. Nicolai in Tractat. *de Calcarium vſu & abuſu* (Francof. 1702. 12.) *cap. vltim. 24. p. 183. ſeqq.* conf. Arnkiel Lib. I. cap. 23. §. 15. p. 170.

Lapidis Patauini Inſcriptio:

Bis duo ſunt homini, MANES, CARO, SPIRITVS, VMBRA,
Quattuor has partes tot loca ſuſcipiunt.
Terra tegit CARNEM; tumulum circumuolat VMBRA,
Orcus habet MANES, SPIRITVS aſtra tenet.

(o)

Christiani Schlegelii
de
CELLA VETERI,
DITIONIS AC DIŒCESEOS MISNENSIS INCLYTO QUONDAM CISTERCIENSIS ORDINIS MONASTERIO, AC ILLUSTRI MARCHIONUM MISNENSIUM CONDITORIO

ΑΠΟΣΠΑΣΜΑΤΙΟΝ

Monumentis quibusdam æri inciſis, Nummis, ac Sigillis illuſtratum.

Plinius.

Pulchrum inprimis, non pati occidere, quibus æternitas debetur.

II 1580 2

DRESDEN,
Sumtibus JOH. JAC. WINCKLERI.

PER-ILLUSTRI AC GENEROSISSIMO

DOMINO HEINRICO HILDEBRANDO AB EINSIEDEL,

IN LUMPZIG ET HOHENKIRCHA

REGIÆ MAJESTATIS POLONICÆ AC ELECTORIS SAXONIÆ, TUTORIS UTPOTE SUPERIORIS EPISCOPATUS MERSEBURGENSIS,

Conſiliario intimo, Epiſcopatus Merſeburgenſis Cancellario ſplendidiſſimo, ac Statuum Provincialium Ducatus Altenburgenſis Directori graviſſimo

Mecænati ſuo ſumo,

PER-ILLUSTRIS DOMINE,

QVod rarius, & vix uni alterive in Familia, nobiliori quamvis, ſolet contingere, ut nempe vel Reipublicæ Statorem, aut Herculem Muſagetam ferat, id ſane TUÆ Genti, PER-ILLUSTRIS DOMINE, comprobante per aliquot Secula experientia ſimul & invidia, toties accidit, ut iſtud ipſi jam veluti proprium cum paucis admodum videatur. Tot etenim TUA per Germaniam, quidni & Europam? decantatiſſima Stirps in Eccleſiæ purioris augmentum, Religionis ſtabilimentum, Electoratus, Ducatusque Saxonici ſplendorem, Reipublicæ commodum, Germaniæ tranquillatem, Seculi gloriam protrudit Germina, ut habeat Miſnica Nobilitas, quibus ſe jactare poſſit, ac exterarum Gentium flori cum fiducia victoriæ opponere. Obverſantur etenim oculis, ac tantum non mentis præſtrin-

gunt aciem Hildebrandi Einſidelii, Equitis, fides, ſummaque dexteritas, qua Principibus Juventutis, Friderici Bellicoſi, Electoris, Illuſtrisſimæ Spei præfectus, ita eam ad Decus Gentis Excelſæ, Provinciæque lætitiam formavit, ut hodie Saxonia æternas adhuc ipſi debeat gratias, remuneratus etiam, dum viveret, à Friderico ipſo Pacifico, filio gratisſimo, non ſolum Conſiliarii, ſed ſuperioris Aulæ Mareſchalli quoque dignitate ex merito. Subeunt memoriam Heinrici Einſidelii, Equitis, Erneſti Electoris, ac Alberti, Ducum Saxoniæ, ſanctioris Conſilii Adminiſtri, magna eximiaque in Rempublicam merita, cujus tanta apud ipſos fuit authoritas, ut ejus etiam effato Saxonicarum terrarum ſteterit diviſio. Succurrunt, & nulla unquam temporis delebit oblivio curas illas atque labores, quos in Religionis negotio non ſolum imponi ſibi paſſus eſt, ſed ex voto etiam omnium, quorum intererat, exantlavit Heinricus Hildebrandus ab Einſiedel, in Genantſtein & Priesnitz, quinque Electoribus ac Ducibus Saxoniæ à conſiliis, Megalanthro noſtro Luthero, Melanchthoni ac Spalatino familiarisſimus. Æternis præterea jam monumentis celebratus eſt, & futura etiam, ſi quæ erit, loquetur poſteritas magnum illum pietatis religionisque Zelum, quem Abrahamus ab Einſiedel in Scharffenſtein, cujus conſiliis non ſolum Fridericus Sapiens & Johannes, fratres Electores, ſed & Georgius & Heinricus Duces fratres, Mauritius denique & ipſe Auguſtus, utrique rurſus Electores Saxoniæ, inſigni ſuo cum emolumento uſi ſunt, oſtendit, dum in Comitiis Wormatienſibus tertius poſt Lutherum ſtetit, & rerum, quæ agerentur, ſpectator attentus, & conſiliorum moderator prudentisſimus. Nec dum excidit animis, excidetque unquam arduum illud Viſitationis Eccleſiarum Miſnicarum negotium, quod Eccleſiæ boni ergo juſſu Principis Heinricus & Hauboldus ab Einſiedel ſuſceperunt, feliciter-

que

que cum cæteris perfecerunt. Et, quem latent æterna illa nomina Heinrici, Abrahami, Heinrici Hildebrandi, Cunradi, ac Hauboldi ab Einſiedel, qui ſumma fide ſummaque religione felicitatis publicæ Statores ſuperiori Seculo ſeſe per omnem vitam exhibuerunt?

Sed cum res exemplis agatur, adeo illorum copia me obrui video, ut credam, diem potius mihi defecturum, quam illorum ſeriem, quæ tamen Tu omnia tam exacte refers, atque exprimis ſingula, ut illorum Compendium jure omni dici merearis. Sive enim ſummum Tuum pietatis ſtudium, ardentisſimumque Religionis Zelum cogito; ſive perfectam Juris ſcientiam, maximamque Tuam æqui juſtique tenacitatem reſpicio; ſive amorem Tuum ſingularem in Studia humaniora attendo, Hiſtoriam præterea, & Numiſmata, quæ Serenisſimæ Saxonicæ præprimis Gentis cum ſelectu conquiſita non tam in manu, qvam in mente circumfers, ac priſci præſentisqve ævi ideam honeſtæ animi voluptatis ergo exinde Tibi formaſti; ſive deniqve incredibilem TUAM humanitatem, qva TUOS Clientes non tam afficere aſſoles, qvam mirifice reficere, contemplor; nullum invenio qvem TIBI anteponam, plures vero, qvos antecellis; imo illum TE potius ſimul & deprehendo, qvem ſeqvantur ſapientiores, qvem diligant probi boniqve omnes, qvem laudent præſentes, admirentur poſteri. Sed qvid notiſſima decanto, &, de animo mihi bene cupiente certus, qvod in magna felicitatis meæ parte ponendum habeo, viam ad eundem mihi ſterno, unice potius, TE, PER-ILLUSTRIS DOMINE, ea, qva par eſt, animi obſervantia rogans, velis hoc de Cella veteri & Sereniſſimorum Marchionum, qvorum Sereniſſimæ Poſteritati TUÆ curæ TUAq; conſilia ſunt dicata, qvondam Conditorio, ἀποσπασμάτιον, illorumqve & nummos, & Mo-

& Monumenta , & dies emortuales rectius conſtitutos exhibens , qvibus TE & aliqvo modo delectari novi , nonniſi devotiſſimi , ac pro tot exhibitis benevolentiæ ſignis obſtrictiſſimi animi documentum interpretari. Ita vale ex voto, Mecænas maxime, & res TUAS in gaudium Principum, ac Subditorum ſalutem , qvod facis, adminiſtra, ſiqve merebor, in poſterum & porro in devotisſimorum TUORUM Clientum cera me hærere patere. Dabam ex Muſeo D. 5. Octobr.

M DCC III.

§. I.

DE Cella veteri peculiari hoc Scripto ut agam exquiſitius, & Monaſterii iſtius dignitas, quam olim præ ſe tulit, & Abbatum ſplendor, dudum ignorantiæ nebulis obſcuratus, & Monachorum, quos antiquo tempore aluit, fama, hodienum ſepulta, & deſcriptio ejusdem qualiscunque ab omnibus, qui alias Monaſteriologias ex inſtituto tradiderunt, neſcio ex qua cauſa, quove caſu, omiſſa penitus atque neglecta, & tandem ejusdem ruderum curatior intuitus atque contemplatio me impulerunt.

Non eſt, ut de prioribus, quæ me ad hoc tentandum movere, hic agam fuſius, cum id in ſubſequentibus alias ad oculum pateat. Quoad *duo poſteriora* vero Te, *Benevole Lector*, non ignorare volo, hujus Monaſterii expoſitionem neque *Hermannum Bruſchium* tum in *Monaſteriologia ſua* ſatis alias ampla, annoq; 1550. Ingolſtadii primum edita, & dehinc anno 1682. Sultzbachii recuſa; tum in *Supplemento ſuo*, ſive *Gaſparis Bruſchii Centuria 2. Monaſteriorum & Epiſcopatuum Germaniæ*, quam ex Autoris autographo, in Vindobonenſi Bibliotheca aſſervato, *Daniel Neſſelius*, Conſiliarius olim Cæſareus & Bibliothecarius Vindobonenſis celeberrimus Vindobonæ anno 1692. in lucem emiſit; neque *Gabrielem Bucelinum* in *Germania Sancta* operoſiſſimè confecta, tradidiſſe; neque alium

quemquam hactenus ſingulari opera, quoad ego quidem ſcio, fuiſſe adgreſſum. Dudum equidem eſt, quod *Antonius Weckius*, Secretarius quondam rerum Imperialium, & Archivarius Electoralis, non ſolum Electori ſuo, ſed & Patriæ amatoribus *editionem Chronici Cellenſis*, quod ſingulari à ſe ſtudio confectum affirmavit, promiſerit; ſed cum Mecænas & Maro, juxta tritum, diem ſuum jam diu obierint, & hæcce ejus opella inter emortuas cenſenda erit. Salivam non minus movit deliciarum harum cupidis vir humaniora doctiſſimus & patriæ, ſi quisquam, amantiſſimus, *L. Joachimus Fellerus* in Cygnis ſuis quaſimodogenitis, inter alia ita ibidem lit. B. 2. ſcribens: *Sed de hoc Cellenſi Cœnobio alio cum Deo tempore. Cum enim Bibliotheca ejus (Monaſterii Cellenſis) in Paulinam noſtram translata cum aliis fuerit, non pauca de ortu & incrementis ejus excutere mihi licuit, quæ evulgare aliquando ad hiſtoriam Miſniæ locupletandam atque illuſtrandam conſtitui.* Illo vero etiam aliquot jam ante annos è vivis erepto, collectaneisque ejusdem forte diſſipatis, quid inde ſperandum reſtet, facile videt quilibet. Comperio etiam, *Jacobum Thomaſium*, inſigne Philureæ ſuæ quondam decus, aliquando agitaſſe animo *Cœnobii vetero-Cellenſis hiſtoriæ editionem*, ſed neſcio quibus de cauſis ſufflaminatam. Proſtat quidem, ne & hoc quoque hic reticeam, ſub *nomine Chronici vetero-Cellenſis Libellus*; aſt præterquam quod ille tantum *manuſcriptus* extat, isque a me viſus manu ipſius *Fabricii* deſcriptus erat, qui & eodem in ſuis Originibus Saxonicis & Annalibus Miſnenſibus uſus eſt, ſæpiusque illi, perinde ac *Georgio Spalatino*, (in Chronico ſuo Saxonico p. m. 624. edit. 1. Hortled.) *Petro Albino*, & *Laurentio Peccenſteinio* in frontiſpiciis ſuorum Chronicorum laudatus eſt, atque, ut exinde reor, ad Archivum Electorale ſine dubio ſpectat, nihil præterea, fere continet quod ſingulariter ad deſcriptionem hujus Cœnobii pertineat, adeoque *nomen* ſaltem, Fabricii judicio, in præfatione, qua novam *Epitomes Siffridi, Presbyteri Miſnenſis*, editionem ornavit, *Chronici Cellenſis* ex eo obtinet quod *a Monacho Cellenſi* quondam ex *Conrado, Presbytero Lauterbergio*, magna ex parte, aliisque forte, fuerit compilatus, atteſtantibus idem quoque *Madera* in præfat. Chron. montis ſereni, Lit. d. 3. b. & *Albino* in Chronico ſuo Metallico p. 10. Dicitur denique, a *Monacho quodam Cellenſi* in peculiare

culiare *volumen congeſta fuiſſe omnia & ſingula Cœnobij illius Diplomata*, & *Privilegia* ex ipſo Archivo, quod *Andreæ Möllero* quoque ad Chronici Fribergenſis elaborationem, & *Georgio Fabricio* ad conficiendas ſuas Origines Saxonicas, (qui & toties in illis ad monumenta *Vetero-Cellenſia* provocat) communicatum ſupraque laudato *Antonio Weckio* & viſum & lectum fuit, idemque hodie inter cimelia Archivi Electoralis aſſervari perhibetur, de quo vero plura hic commemorare nihil attinet. Ad accuratiorem vero hujus ipſius Monaſterii perluſtrationem, ut ad alterum quoque, de quo hic mihi dicendum erat, perveniam, occaſio fuit, dum ante ſex quaſi annos a Per illuſtri atque Excellentiſſimo Heroë, *Johanne Adolpho ab Haugwiz*, Mecænate ſtudiorum meorum ſummo, *Cellam* mitterer, ad procurandam accuratiorem delineationem quatuor illorum *Marchionum Miſniæ Monumentorum*, quæ adhuc deerant, & Cellenſe Conditorium aſſervabat, *Ottonis* ſcilicet *Divitis*, ejusdemque Illuſtriſſ. uxoris *Hedwigis*, ex Alberto Urſo, Marchione Brandenburgenſi, natæ, *Dieterici* afflicti & *Alberti* ſuperbi, Ottonis jam dicti, & fundatoris hujus Cœnobii, *filiorum*. Ibi cum alias mihi eſſet commorandum, & tantundem temporis, donec abſolviſſet illa pictor, ſubſiſtendum, tantum venerandæ illius Cœnobii antiquitati indulgens, ſingula, quæ ibidem a curioſo poterant obſervari, ſeorſim perluſtravi, nihil tamen præter veſtigia cultus illius religioſi, verius an ſuperſtitioſi, deletam rerum earum, quas antiqui, Scriptores memorant, memoriam, nonnulla ſplendidi ibidem quondam Templi rudera, & pauca ædificia ex ruinis reſidua, in uſus tamen alios jam dudum (ſi excipias *Sacellum* a *Joh. Georgio II.* æternæ & felicis memoriæ Electore Saxoniæ, Patriæque vere Patre, pietate in venerandos Majorum ſuorum cineres ducto, ex fundamentis excitatum, in quo hæc ipſa modo memorata monumenta etiam hodie adhuc viſuntur) converſa omnia inveni. Cum ergo obliteratam prope memoriam tam illuſtris, & ſi *ſereni montis*, prope *Halam* Saxonum, non attendas, *antiquiſſimi Marchionum Miſniæ conditorij*, tam *incluti* quondam *Cœnobij*, aliorumque virorum, qui in illo, vel ex eodem inclaruere, deprehenderem, neque volam nec veſtigium, quod ajunt inſcriptionum in templo majori, priſtino ævo viſendorum, hodie amplius exſtare animadverte-

 rem,

rem, in animum ſumſi, ea, quæ ex Auctorum veterum æque ac recentiorum lectione, amicorumque quorundam benevola communicatione mihi de eodem innotuere, itemque illas Inſcriptiones, quas ſuperiori ſeculo *Georgius Fabricius* adhuc in eodem legit, & fideliter deſcripſit, (quas cum aliis & præcipue Miſnenſibus ſingulari fortuna non ita pridem in manus meas veniſſe, gaudeo) cum B. Lectore communicare, ſpe non dubia frêtus, illum hic uno complexu accepturum, quod fruſtra in multis excuſis quæſiverit autoribus, atque exinde hoc quale quale æqui bonique conſulturum, ac non niſi pro *Supplemento Bruſchiano* qualicunque, perinde ac illud, quod ſex ante annos de *nobili quondam Salfeldenſi, Benedictini Ordinis, Abbatia*, Salfeldenſium nummorum occaſione, commentatus ſum, reputaturum. Sique hæc non diſplicuiſſe Benevolo Lectori animadvertero, ſpondeo, me eadem via per plures & *Miſnenſium & Thuringicorum Monaſteriorum hiſtorias* iturum & quicquid mihi de iisdem conſtiterit, lubentiſſime in poſterum cum ipſo communicaturum.

§. 2.

Unde hoc Monaſterium appellationem **Veteris Cellæ** traxerit, eſt in propatulo, cum vox **Cella** communiter Monachorum receptaculum denotare ſoleat; **Veteris** vero cur acceperit, exinde credo eſſe, quo rectius diſtingueretur a **nova**, ab Henrico Illuſtri, Marchione Miſnenſi, ad Oderam in Luſatia inferiori Gubenam prope erecta; atque adeo hoc vocis eidem poſtliminio, & ex illo tempore ſaltem, quo poſterior hæc fuit condita, adhæſiſſe credendum eſt facile.

Ita *Turholtum*, in Comitatu Flandriæ, Eccleſiæ dehinc Hamburgenſi a Ludovico Imperatore donatum, *Abbatiam Eresbergenſem*, *Monaſterium Meppenſe, Visbeccenſe, Reinharsdbornenſe*, longeq; plura alia, quæ ſtudio ſilentio transmitto, opulenta, ampliſſimaque Monaſteria *Cellas cellulasq;* olim in literis fundationum fuiſſe appellatas, pluribus exponit *Nobiliſſ. Paullini* in Decreto Auguſtæ Synodi Moguntinæ,

ſub

ſub Luitberto Archiepiſcopo an. 888. convocatæ, doctiſſimis diſcurſibus & antiquitalibus illuſtrato p. 519. - 527. Atque ejusmodi monachorum receptaculum & Cellam noſtram notare, indeque nomen ſortitam eſſe ſuum, ad ſtipulantem, præter plures alios, habeo *Georgium Agricolam,* & ex hoc referentem *Petrum Albinum* in Chronico Miſnenſi Tit. 22. p. 293. Ut non ſatis propterea mirari queam, quid *Eraſmo Stellæ,* Viro cæteroquin doctiſſimo, in mentem venerit, denominationem hujus Monaſterii a *Celmanticis* populis accerſenti, & ita ſubjicienti: *Nam huic Nomenclaturæ locus Cœnobio inſignis in hac Regione, Cella vocitatus, adſtipulatur. Novam* vero *Cellam Ordinis Ciſtercienſis* circa annum 1280. *Henrico* illuſtri origines debere, hoc clareſcit ex Monachi Pirnenſis verbis, ita de excidio ſimul ejusdem pro ſeculi more & religionis Zelo ſcribentis: Cella/ die neue Zell genant/ ein Cloſter Ciſterſier (Ciſtercienſer) Ordens bey Guben in Nieder-Lautznitz/ das blůnderten und verbrantē (an MCCCCXXX) die Huſſitiſchen Ketzer/ ſtůmmelten die Můnche/ hůben Miler/ Hånde und Fůße abe/ und kóreten das Cloſter von Grund umb; Et *Scripturæ veteri,* a *Fabricio* Cellæ reperta: *Iſte Heinricus, Theoderici filius, fundavit novam Cellam, & Nemtſchin, in veteri Cella ſepultus.* Confer *Andreæ Molleri* Chronici Friberg. Annales p. 2. & *Bucelinum* Tom. I. Germ. Sacræ p. 22. qui explicatius de illa ita: *Cella Nova, inclytum Luſatiæ Cœnobium, quod A. C. 1280. Henricus, Marchio Miſniæ & Luſatiæ, condidit, & Principe liberalitate dotavit.* Confer *Fabric. Orig. Sax.* p. 586. *Reuſn. Stem. Sax.* p. 3. *Peckenſtein Theatrum Sax.* p. 21. Weckii Chron. Dreſd. p. 106. 107. Sagittarii Hiſtoriam Luſatiæ §. 37. Curſemii Saxoniam Catholicam p. 183. Layritzii Palmetum p. 211. *Simpliciter* vero & *absq; addito Cellam* primum vocatum hoc ipſum fuiſſe Monaſterium, vel ex *Chronici Montis Sereni* verbis p. 54. tantum probaſſe ſufficiat: *In Eccleſia Ciſtercienſis ordinis, cujus ipſe (Otto) fundator fuit, quæ Cella dicitur, ſepulturam accepit.*

§. 3.

Diſtinguendum vero hoc ipſum **Veteris Cellæ** Monaſterium eſt ab aliis ejusdem nominis, quæ olim in Miſnia, Thuringia, atq; Franconia & fortè alibi etiam inclaruere.

Haud procul enim ab hoc ipſo noſtro Monaſterio in ſilva verſus *Siebenlehnam* alia adhuc *Veteris Cellæ, Monialium Ciſtercienſis Ordinis Monaſterij,* rudera ſuperant, ex quo *Cœnobio ductus ſubterraneus, ſive cuniculus calce lapidibusq; firmatus tres ulnas latus quatuorq; altus ad noſtrum Monaſterium exſtare perhibetur, pietatis,* ſi eſt, probitatis, vitæque innocentiſſime olim actæ Pontificiæ argumentum indubium; quod & *Joh. Conradus Knauthius,* Amicus meus ſvaviſſimus, in prodromo Miſniæ p. 300. tangit. De alio ergo adhuc Cœnobio ejusdem quidem nominis intelligenda ſunt *Gabrielis Bucelini* verba, Tom. I. German. Sanctæ p. 88: *Veteris Cellæ Benedictini Ordinis Virginum Nobiliſſimarum Cœnobium, quod ante annos mille, ſalutis ſcilicet partæ 635. S. Bilhildis cum Sigeberti, Epiſcopi Moguntinenſis, avunculi ſui conſilio, condidit. In quo præter alias reliquias aſſervatur Sudarium Chriſti, quod annis ſingulis poſtridie Paſchatis ex ambone quodam, prælucentibus facibus, a Reverendiſſ. D. Suffragraneo explicatur, & monſtratur populo, dum ſimul canit: Dic nobis nobis Maria, quid vidiſti in via? Sudarium & veſtes &c.* Alias dehinc *veteres cellas* Thuringia noſtra oſtendit; *Benedictini Ordinis* ſcilicet unam, ad *Blanckenburgum & Königseham* ante Silvam Thuringicam ſitam, vulgo *Cellam Paullinam* dictam, a Paulina, *Morichonis,* celebrioris in Regis Henrici aula dapiferi, ut volunt, *vidua* ibidem ſepulta, & filio, Wernhero, anno 1106. *Paſchali* Papa pedum tenente, ac Sizone Comite terram hanc Schwarzburgicam poſſidente, fundatam, cujus natales *Autor Anonymus* prodit, a *Joachimo Johanne Madero* ad calcem Chronici montis ſereni editus, p. 278. atque his verbis: *Paulina nobiliſſima & devotiſſima femina, imo & vitæ ſanctimonia præclariſſima, quæ etiam angelo nunciante concepta legitur. Hæc in omni virtutum flore & Dei amore proficiens, ter in vita perſonaliter Romam petiit, & Apoſtolorum limina devotiſſime adiit, viſitavitq;: ibiq; a Summo Pontifice Paſchali confirmationem Monaſterij ſui Cellæ Paulinæ, quod in Thuringiæ ſaltu fundaverat, impetravit. Bulla Papalis, quam vide, data eſt anno Domini MCXIIII. VII. Kal. Septembris, Indictione octava.* Sed Bulla, ad quam hic provocat, ibidem non eſt addita Illud vero *diploma,* quod *Henricus V.* Imperator anno 1114. *Erffurdiæ* huic Monaſterio conceſſit, cum nuper in manus meas venerit, alibi, additis ejus Abbatibus, luci exponam publicæ, multis rebus memorabilibus

diſtin-

diſtinctum. Meminit & ejus *Bucelinus* Tom. I. Germaniæ Sacræ pag. 22. his verbis: *Cella Paulina, Ordinis Benedictini in Saxonia* (rectius Thuringia) *Monaſterium, in Diœceſi Moguntina ſitum, cujus Abbas fuit Gerungus, Hirſaugia poſtulatus, quod B. Paulina S. fœmina condidit, ibidem ſepulta.* Videatur Trithemius Chron Hirſaugienſi, & Monachus Pirnenſis, cujus inter alia hæc verba: Und ein Cloſter in Düringen bey Künügenſehe und Blanckenburg/vor dem Duringer-Wald/ Benedicter-Ordens (oder Salza und Jlmenawe) hat hohe ſteinerne Stüle/ ſal von Paulina geſtifft ſeyn/ der halb Paul - Zella genant. De qua *Cella Paull. Andreas Toppius* in Hiſtoria Rudolſtadienſi ſub titulo *Konigseha* & *D. Juſtus Soffingius* in rebus geſtis ſeculi XI. p. 128. evolui poterunt. Aliud quoque monaſterium eſſe reor inter *Saltzam & Ilmenaviam* hujus nominis, de quo modo Pirnenſem audivimus; aliudque iterum ad Querfurtum, quod Monachus Pirnenſis exponit his verbis: *Cella* ein Cloſter zwiſchen Eysloven und Querfort vor dem Hartz/ Benedicter-Ordens. Sed diverſam rurſus a memoratis *Cellam* tum *Franconia* prope *Sulam*, tum *Thuringia* oſtentat vulgo Probſtzelle *dictam*, ſupra *Salfeldiam* Urbem, prope *Gräffenthalium inter Gelizium & Lichtendannam* pagos ſitam, non ignobile olim Monaſterium, ſed reformationis tempore una cum aliis in Præfecturæ formam redactum; quæ ipſa præfectura *Johanni Friderico*, Electori Saxoniæ, poſſeſſa, ab hoc in filium, *Joh. Wilhelmum*, transmiſſa eſt, diviſioneque terrarum an. 1603. inſtituta, *Friderici Wilhelmi*, Adminiſtratoris Electoratus Saxonici, *Filiis Altenburgenſis Lineæ*, ceſſit, & ab his ad *Duces Gothanæ Lineæ*, primoq; ad *Ducem Albertum*, ac dehinc *Johannem Erneſtum*, feliciter nunc *Salfeldiæ* regentem, anno 1681. pervenit. Videantur Mulleri Annales Sax. p. 233. 536. & 542. Illud denique Monaſterium, quod Franconia olim aluit, duplex fuit, aliud *Cella ſuperior*, aliud *inferior*, ex traditione ejusdem Monachi ſcribentis: Und C Zella ein Cloſter/ eines das Ober/ das andere das Unter C Zella czugenamt (in Francken) worden beyde MCCCCCXXIII. von den auffrüriſchen Pawren geblündert. Clarius hæc tradentem audiemus *Gabr. Bucelinum* Tomo I. Germaniæ Sacræ p. 27: *Cella Dei ſuperior* (GOttes Zell) *inſigne ordinis Præmonſtratenſis in Francia Orientali ad Mœnum, diœceſeos Herbipolenſis, Cœnobium, ab ipſo ordinis illius conditore S. Norberto funda-*

fundatum, ab Embricone Epiſcopo locupletatum A. C. 1128. Hujus Monaſterii *Abbates Bruſchius* Monaſteriol. p. 125. breviter recenſet, itemque *Bucelinus* Part. II. Germaniæ Sacræ p. 160. *Cella* vero Dei *inferior e regione ſuperioris, haud procul ab altera Mœni ripa, pro virginibus ordinis Præmonſtratenſis conditum Cœnobium, in quo Pincernæ de Roſsberg ſepulturam elegere. Poſtero vero tempore feminis viri religioſi ſucceſſere*, inquit de eadem rurſus *Bucelinus* Parte II. Germ. Sacræ p. 160. atque ſimul Catalogum hujus monaſterii Abbatiſſarum ſubnectit, quod & fecit Gaſpar Bruſchius in Monaſteriol. p. 128. *Tres* præterea ſunt *Cellæ Mariæ*, una Ordinis Benedictini egregium cœnobium olim, *Elſenſe*, ſive *Eltersdorffenſe dictum*, in Diœceſi Lubecenſi ſitum, quod A. C. 1468. congregationi Bursfeldenſi ſe junxit. Altera, referente *Bucelino*, in finibus *Styriæ* eſt cœnobium, *diœceſeos Paſſavienſis*, haud procul a finibus Auſtriæ inferioris, incredibili peregrinorum concurſu pene quotidie frequentatum, non minoris ferme famæ ac efficaciæ, quam ipſa *Lauretana*, & membrum eſt *Lambertini Cœnobij*; de qua fuſius *Bucelinus* Part. 3. Germaniæ Sacræ p. 52. Tertia *Benedicti Ordinis* viſitur, duobus infra *Ratisbonam* milliaribus, quæ *Priores* olim ſaltem aluit, hodie *Abbates* ab anno 14 0. *Cellæ Monachorum* (Münch-Zell) appellatione olim quoque inclaruit illud Monaſterium, quod hodie *Ethonis* celebre eſt, (Etten-Münſter) *magnificum* alias, & anno Chriſti 700. a *Wiggero quodam*, ſeu *Wigerno*, Monacho, Argentinenſi poſtea Epiſcopo, conditum, & *Cella Monachorum* appellatum, quod dehinc *Etho*, Habspurgi Comes, & ipſe *Argentinæ* Epiſcopus, qui ſub A. C. 773. obiit, reſtauravit. *Bucelinus* Germ. Sacr. T. 1. p. 22. & *Gaſp. Bruſch.* Monaſteriol. p. 129. Ut taceam *Cellam Apoſtolorum*, vulgo *S. Chisleni, Benedictini Ordinis in Belgio Monaſterium*, de cujus fundatione fuſius agit *Bucelinus* T. 3. Germaniæ Sacræ p. 52. *Cellam* præterea *Principum*, Ciſtercienſis Ordinis Cœnobium, medio fere itinere inter *Alderſpachium & Patuviam* in inferiori Bavaria ſitam, de quo *Daniel Neſſelius* in Supplemento Bruſchiano p. 85. fuſius; *Cellam* denique *B. Virginis in Schofflocenſi nemore*, ad quartam milliaris partem a Danubio, duobusque milliaribus infra *Ratisbonam* ſub aduſti montis arce jacentem, cujus origines itidem laudatus *Neſſelius* in Supplemento Bruſchiano p. 1. attulit, & forte

plures

plures alias brevitatis ergo hic ſtudio ſilentii ſipario involvendas.

§. 4.

Illud autem, de quo inpoſterum nobis erit ſermo, Monaſterium, in plaga Meridionali Marchionatus Miſnenſis ad Muldam Orientalem, illud prope tangentem, in ſilva & Burgwardo Mochowe ſitum eſt, & olim ad Dalemianciam pertinuit, uno milliari à Roswino, duobus à Wilsdorffio, tribus à Friberga, quatuor Dresda diſtans.

Hoc, quod diximus, ex ipſa Imperatoria Friderici I. confirmatione, anno MCLXII. data, quam infra totam afferemus, diſpaleſcit, in qua inter alia & hæc: *ut Abbatiam illam, quam ipſe prædictus Marchio* (Otto) *in Marchia ſua inſtituit, & conſtruxit, authoritate noſtra liberam redderemus, & ut octingentos manſos, qui Franconica lingva* Lehen *appellantur, in Provincia, quæ dicitur Dalminze, in Epiſcopatu Miſsinenſi prædictæ Abbatiæ conferremus* &c. Reliqua ex chartis chorographicis, & oculari inſpectione conſtant.

§. 5.

Hic loci Otto, Miſnenſis Marchio, cognomine dives, gratum quid Deo facturus, animæq; ſalutem meritis bonorum operum ex vana perſvaſione, ſolicite a Monachis hominum mentibus tunc inſtillata, quæſiturus, uxorisque inſuper ſuæ Hedwigis, quæ odium occultum erga Montis ſereni Cœnobium, multis egregiisque reditibus alias ab Ottone, marito, locupletatum, quod filii ſui aliquando in illo ipſo non futuri eſſent Advocati, conceperat, deſiderium impleturus, anno MCLXII. die XII. Martii in honorem B. Mariæ virginis & S. Johannis Evangeliſtæ fundavit Abbatiam, Monachosque eiusdem Regulæ S. Benedicti adſtrixit, & ad normam fratrum Ciſtercienſium, tunc celeberrimi nominis Monachorum, vivere, iurisdictionique Epiſcopi Miſnenſis ſubditos eſſe voluit, ſibi vero

B ſuis-

ſuisque ſucceſſoribus ut ſemper ſint huius Abbatiæ Advocati, reſervato, ipſis verò Monachis ut ex ſe Abbatem, quem omnium optimum cenſerent, eligerent, iure conceſſo, ac dehinc à Friderico Cæſare confirmato.

Pietatis in ſuperſtitionem deflexæ infinita fere documenta frequentior fundationum ſacrarum ædium lectio ſubminiſtrat, quibus & iure quodam ſuo præſens, quod proxime hic dabimus, non inelegans ſpecimen adnumeramus. Quid enim frequentius iſtis formulis, non vivis tantum, ſed & mortuis auxilium conciliari auſterioris vitæ exercitiis poſſe, inferentibus: *pro ſalute animæ noſtræ, pro remedio animæ noſtræ, pro anima illius, pro parentum noſtrorum requie, ob ſpem retributionis æternæ, in remiſſionem peccatorum noſtrorum, pro redemptione animarum carorum noſtrorum, ut orationum omnium participium habeamus, intuitu divinæ & æternæ remunerationis, & ob ſalutarem & perpetuam animæ noſtræ memoriam, pro noſtra omniumq; anteceſſorum noſtrorum ſalute*, & qvi hujus generis alii ſolent eſſe floſculi. Alii equidem modi bona exercendi opera & tunc quoq; non ignorabantur, ſed hic præ aliis, inſtinctu Monachorum, aſſiduo eligebatur, & univerſus Orbis qvoq; adplaudebat publice hiſce Clericorum clanculum excogitatis. Adprobantem *Cæſarem Fridericum*, & lubentiſſime in largiſſimas *Ottonis*, Marchionis Miſnenſis, donationes conſentientem infra mox in adducendo eiusdem diplomate audiemus. Conſentiunt quoq; alia *Scriptorum monumenta*, tùm eundem pietatis ſenſum *Ottoni*, Marchioni, eodemq;, quo indicavimus, tempore tribuentia, tum alteram à nobis quoq; allatam cauſam non tacentia. Ita enim *Chronicon montis ſereni*, primo loco ſuo merito hic nominandum, ad annum 1189. p. 54: *Otto, Miſnenſis Marchio, in Eccleſia Ciſtercienſis ordinis, cuius ipſe fundator fuit, quæ Cella dicitur, ſepulturam accepit. Uxor enim eius* (Hedwig) *cum aliquando in ſereno monte hoſpitio fuiſſet excepta, & inter loquendum cum fratribus, qui illi forte aderant, de Advocatia Eccleſiæ ipſius audiſſet, eam ad ſeniorem de progenie Conradi Marchionis, de conſtitutione ipſius Marchionis, pertinere; rediens ad maritum, mirari ſe, dixit, cur Eccleſiæ illi tantopere prodeſſe conaretur, cum filii eius jus Advocatiæ in ea habituri non eſſent. Rectum ſibi potius videri, ut Eccle-*

ſiam

ſtam propriam ipſe conſtrueret, in qua tam ipſi, quam hæredibus ſuis jus dominationis in perpetuum ſervaretur. Hacq; occaſione Eccleſia Cellenſis fundata eſt. Porro *vetus Scriptura* tabulæ cuidam in choro Sacelli vetero-cellenſis ante altare ſummum ad ſiniſtram inſcripta, & olim à Fabricio deſcripta ita habuit: Nach GOtts Geburt MC in dem LXII. Jar iſt geſtifftet das Cloſter (Celle) in der Ehre S. Marie/ der Himmels Künigin/ und S. Johannis des Evangeliſten von dem Durchlauchtigſten Hochgebornen Fürſten und Herrn/ Herrn Otten/ Marggrafen zu Mißen/ und in dem Oſterlande/ der geſtorben iſt nach Chriſti Geburt MC und in dem LXXXIX. an den XII. des Mertzen/ und hirinnen in Chor begraben leidt. Et alio in loco hujus Cœnobii hi *Rythmi* olim fuere lecti:

Marggraf Otto ein Fürſt löblich/
In der Kirchen andächtig/ in Feld mänlich/
Die Tugend liebten ihn allezeit/
Zu Sünd und Laſter trug Er Neid/
Sein Vleiß ſtund uf den gemeinen Nutz/
Wie er den mehrt und hilt in Schutz/
Und der wold alſo brauchen was/
Das Er doch Gottsdienſt nicht vergaß/
Sondern ſtets bey ſich bedacht/
Wie Er ſich GOtt beheilig macht/
Und Gottsdienſt mehret auf Erden/
Das Er dort belohnet mocht werden;
In ſolcher Meinung ſtifft Er zu Handt
Das herlich Cloſter die Zell genandt/
Das GOtt und ſeiner Mutter er opfert und eigend/
Als ſeine Brief und Privilegia zeigen/
Darumb Er hie bey uns zu aller Friſt
Lobes/und dort bey Gott der Ere würdig iſt.

Alibiq; iſti: Nun was Lobes den würdig iſt
Marggraff Otto zu aller Friſt/

Das

Das herrliche Münſter hat Er geſtifft/
Gros begnadet mit Gabe und Geſtifft;
Es iſt die alte Cell genandt/
Desgleichen du nicht findeſt zur Handt.

Has Scripturas, quamvis non pro antiquiſſimis venditemus, illæ tamen id, quod diximus, utpote à *rerum ſuarum optime gnaris & intelligentibus Monachis profectæ*, ſatis non ſolum adſtruunt, ſed & *conſecrati in B. Mariæ* (quod & *diploma Friderici Cæſaris*, mox addendum, docet) *& Johannis Evangeliſtæ honorem* cœnobii memoriam injiciunt, quod in longe plurium Sanctorum gloriam tale quidpiam facere Pontificiis alias inſolens non fuit. Adſtipulatur præterea aliud *Monumentum* ibi olim *à Fabricio* repertum: *Fundato hoc cœnobio Cella A. MCLXII. ejus fundator, Otto Marchio, accepit de manu Domini duplicia. Nam de bina, in quam inciderat, captivitate liberatus, etiam venas argenti indeſinenter exuberantes in villa Chriſtiansdorff, fundo cœnobii, ſeptimo anno a fundatione repertas, ubi nunc Friberga eſt, ad modernos usq; Principes devolvit, in illa ſepultus anno Domini MCLXXXIX.* Nec diſſentiunt *Laurentius Fauſtus* Genealogia Saxonica p. 122. *Schneiderus* in Chron. Lipſ. p. 87. *Albinus* Chronico Metallico p. 9. & in Chronico Miſnenſi p. 292. & 293. Tit. 22. *Laurentius Peckenſteinius* de Marchionibus Miſnenſibus p. 6. b. Quanquam Albinus in libello *de Genealogia Comitum Leisniccenſium* agens de hoc ipſo cœnobio annum plane omittat, (perinde ac *Wolffgangus Crauſius* in Chronico Saxonico Lit. F. 3. b.) atq; hæc ſaltim habeat: *Otto eodem fere tempore, id eſt paulo ante* (locutus erat de anno 1192) *magnificum Cœnobium Cellenſe ad Muldam, quod vetus appellatur, de novo extruxerat, & regio ſumptu dotaverat.* Et in carmine de eo:

Conditor hic Cellæ (Alten Cell) *& portæ inſtaurator opimæ,*
Sudetis coluit lauta metalla jugis.

Rectius *Andreas Mollerus* in Chronici Fribergenſis Annalibus p. 2. Audiendi ergo non ſunt, qui eius fundationem vel ad annum MCLXIV. referunt, in quibus ſunt *Georgius Fabricius* Orig. Sax. p. 557. ſcribens: *Condidit idem Princeps* (Otto) *in valle ſilveſtri ad Muldam flumen monaſterium Cellenſe, Ciſtercienſis ſocietatis, anno ſupra mil-*

leſi-

leſimum centeſimum, ſexageſimo quarto; *Reusnerus* in Genealogia Wittikindea p. 37. Excell. Dnq. *Layritzius* in Palmeto p. 208. *Paulus Martinus Sagittarius* in programmate de locis ſepulchralibus Ducum Saxoniæ, Lit. A. 2. ſine dubio Fabricium omnes ſequentes; Vel in annum MCLXXV. rejiciunt, quippe qui *potius de conſummatione & perfectione ædificij* accipiendi ſunt, de quo ad hunc annum infra pluribus. Quid vero de *Gabriele Bucelino* dicamus, qui deniq; fundationem hujus cœnobii ad annum 1180. refert, hæc ſaltim de cœnobio noſtro prodente Tomo I. p. 88. Germaniæ Sanctæ: *Situm eſt hoc Vetero-cellenſe cœnobium in Saxonia Miſnenſi, quod ſub A. C. 1180. fundavit cum conjuge ſua Hedwige, Brandeburgenſi Marchioniſſa, Ottho, Marchio Miſniæ & Luſatiæ, qui ibidem cum uxore & filia ſepultus eſt.* Certe vero ſimile mihi videtur admodum, illum præ oculis habuiſſe *Lazium*, qui Lib. 9. *de migrationibus Gentium* de hoc negotio ita: *Porro Otho mineras argenti prope Friburgum* (Fribergam rectius) *invenit, & monaſterium Altzel fundavit anno 1180.* Ad *normam fratrum Ciſtercienſium* *fratres ibidem vixiſſe*, & diploma *Heinrici Cæſaris* anno 1224. datum, ac infra afferendum, & verba *Chronici montis ſereni*, paulo poſt pariter ad annum 1189. addenda, & *Fabricius* loco modo adducto, & *Mollerus* in Chronici Fribergenſis Annal. p. 2. & *Sagittarius* loco citato memorant. Cæterum quod Abbatia ſub jurisdictione *Epiſcopi Miſnenſis* in Eccleſiaſticis fuerit, Monachique præterea *Cellenſes jus eligendi Abbatem* acceperint, & Marchiones *jus Advocatos ibidem agendi* ſibi reſervaverint, hæc omnia ex diplomate modo afferendo clariſſima evadunt. Et ne neſciat poſteritas, qvibus verſibus tum fundatori, tum conſervatoribus, gratias egerint Monachi, repetam illos, uti olim frontiſpicio Monaſterii fuerunt adſcripti:

Splendor Paternæ gloriæ, qvi das lumen Soli,
Da Cellam amoribus frui, eſca poli,
In æterna reqvie ut licet tibi ſoli,
Gaudia cœlorum da Principibus, pie Chriſte,
Auxilio qvorum ſtat fundatus locus iſte. 1516.

§. 6.

Huic Monaſterio recens condito ut ſufficientes eſſent

reditus, Otto, Marchio, eidem ſtatim octingentos manſos, (Huſſen Landes) ad radices Sudetum ſitos, ut verba habent diplomatis, tradidit, qui feudum erant Imperiale, eosdemq; dehinc Monaſterio Fridericus, Imperator, vulgo Barbaroſſa dictus, ſingulari diplomate, anno MCLXII. dato, adjudicavit, & omni ſeculari poteſtati exemit; ad quos ſine dubio & pagi illi Luſitz (hodie Lösnitz non procul à Friberga) Chriſtiansdorff, Mochau (juxta qvem pagum olim caſtellum, qvod Burgwardum Mochovve vocatur, exſtructum fuiſſe, ex diplomate, qvod ſeqvitur, diſpaleſcit,) & fortè alii (ſi non peculiaribus notitiis Monaſterio addicti) olim ſpectavere pagi.

Res omnis ex ſubjiciendo hic ſtatim rarioris notæ *diplomate*, quod prima vice ex autographo jam in lucem prodit, patebit clarius:

In nomine Sancte & individue Trinitatis, Fredericus, divina favente Clementia Romanorum Imperator Auguſtus. Apud noſtram majeſtatem bona fides & ſincera devotio ſemper locum habuit, & fideles illi augmentum honoris & gratie jure apud nos debent invenire, quorum merita & preclara ſervitia circa honorem noſtrum & Imperii ſepius clareſcere cognovimus. Ea propter cognoſcant omnes Imperii noſtri fideles tam futuri, quam preſentes, qualiter dilectiſſimus Princeps noſter, *Otto, Marchio Miſſinenſis*, noſtram Imperialem magnificentiam adierit, & noſtram clementiam pia ac ſedula petitione exoraverit, ut Abbatiam illam, quam ipſe predictus *Marchio in Marchia ſua ſub Regula Beati Benedicti ad honorem beate Marie virginis inſtituit, & conſtruxit*, auctoritate noſtra liberam redderemus, & ut octingentos manſos, qui Franconica lingua Lehen appellantur, in provincia, que dicitur *dalminze in Epiſcopatu Miſſinenſi*, quos idem


Mar-

Marchio à nobis & ab imperio in beneficium habebat, quos etiam ipſe ſuis ſumptibus exſtirpari fecit, & in culturam redegit; videlicet in nemore illo, quod eſt inter predictam provinciam, & böemiam, *ad meridionalem plagam Orientalis Milde in Burchwardo Mochowe*, predicte Abbatie conferremus, & noſtro privilegio ei confirmaremus. Nos itaque ſinceram devotionem prefati Marchionis & ejus fideliſſima obſequia in memoria & pre oculis habentes, ac bonum Zelum ipſius circa cultum divinum ex hoc propoſito propenſius cernentes, dignum duximus preces ejus admittendas. Et quia res iſta absque noſtra conceſſione & donatione ad effectum perduci non poterat, illos predictos octingentos manſos, quos dilectus noſter Marchio à nobis in beneficium habebat, Deo libere donavimus ad laudem & gloriam nominis ejus, ut inde ſervitium Dei ordinetur; ipſasque poſſeſſiones cum omni utilitate in longum & in latum, videlicet cum ſilvis & campis, cultis & incultis, paſcuis, pratis, aquis, aquarum decurſibus, molendinis, piſcationibus, viis & inviis, & ſimilibus, quecunque ad uſum humane vite coaptari poſſunt, ſupra memorate abbatie pro noſtra omniumq; anteceſſorum noſtrorum ſalute in perpetuum confirmavimus. Quia vero eadem abbatia per ipſum *Marchionem fundata, & de beneficio imperiali dotata* eſſe dinoſcitur, ſtatuimus & noſtro imperiali edicto precipimus, ut in predictis bonis abbatie nullus aliquis habeat poteſtatem, preter ipſum abbatem, ſpiritualem patrem ejusdem loci, *quem fratres ibidem Deo famulantes libera electione elegerint, ſalvo jure Miſſnenſis Epiſcopi* de Spiritualibus, que ad eum pertinent. *Marchio autem & ſui ſucceſſores*, quicunque Marchiam eandem habuerint, *ſint tantummodo advocati & defenſores ejusdem loci.* Ut autem hec noſtra donatio & confirmatio rata ſemper & inconvulſa omni tempore permaneat, preſentem in paginam

con-

conſcribi, & ſigilli noſtri impreſſione inſigniri juſſimus, adhibitis idoneis teſtibus, quorum nomina hec ſunt. Reinaldus, Colonienſis Archi-Epiſcopus, Eberhardus, Babenbergenſis Epiſcopus, Heinricus, Wirzburgenſis Epiſcopus, Heinricus, Leodienſis Epiſcopus, Ortliebus, Baſilienſis Epiſcopus, Garſendonius, Mantuanus Epiſcopus, Albericus, Laudenſis Epiſcopus, Anshelmus, Aſtenſis Epiſcopus. Conradus Palatinus Comes de Rheno, Teobaldus Dux Böemie, Teodericus Marchio, Frater Marchionis Ottonis, Comes Albertus, Comes Udalricus de Lenheburc, Wilhelmus, Marchio Montisferrati, Guido Comes Blandratenſis.

Signum Domini Friderici Romanorum Imperatoris invictiſſimi.



Ego Udalricus Cancellarius vice Reinaldi Colonienſis Archi-Epiſcopi, & Archi-Cancellarii, recognovi. Anno Dominice incarnationis M°.C°.LX°II°. Indict. X^a. Regnante D.^no Friderico Romanorum Imperatore glorioſiſſimo anno regni ejus X°. Imperii VII°. Date Laude IIII. Kl. Martii feliciter, Amen.

Comprehendiſſe hanc donationem pagos *Luſitz & Chriſtiansdorff*, Molleri eſt opinio in Chronico Fribergenſi p. 18. 20. & Annalibus Frib. p. 2.

§. 7.

Heinricum Fulda oriundum, vel, quod magis probabile,

le, ex Fuldenſi cœnobio huc promotum, Abbatem hujus Monaſterii primum egiſſe, certum eſt.

Debeo id MSto *Fabricij*, in quo *Heinrichus de Fulda* audit; & credibile eſt, hanc notitiam Fabricium ex *Catalogo Abbatum*, Cellæ forte reperto, hauſiſſe, nec obſcure ex ſequenti theſi colligitur.

§. 8.

Anno MCLXXV. Otto Marchio, fundator, Rosvvinum (Ruſpen hodie) tunc pagum, nunc oppidulum cum Henrici primi Abbatis & totius Monaſterii conſenſu ibidem commutat pro pagis Luſitz [Löſnitz hodie) & Chriſtiansdorff, argentifodinis Dei benedictione in dies creſcentibus, quibus nempe antea Abbatiam dotaverat, & eosdem ſuæ nunc denuo facit poteſtatis; ex quibus poſtea, præſertim Chriſtiandorffio hodierna Friberga civitas nata fuit, & præcipue illa pars, quæ hodie Saxonum civitas (die Sachſen-Stadt) appellatur.

Confirmant id, quod diximus, non ſolum *Johannes Bocerus* in carmine de Freiberga anno 1577. in 4to edito, ſed & *Andreas Möllerus* in Chronico Freibergenſi p. 18. & 20. & in Annalibus Freibergenſ. p. 3. *Albinus Miſnenſi* in Chronico Tit. 22. p. 293. ac *in Chronico* Metallico p. 9. et, quem primo citare debuiſſem loco, *Monachus Pirnenſis*, qui ita: Der (Otto) gab Wechſel weiß Roßwann vor das Dorff (forte Chriſtiansdorff indigitare cupit) und den rawen W. (forte Wald) Lußnitz/ als auf yctz die Stadt/ (Freiberg) do ein reich Bergfart erſtunt. Chronicon Miſnenſe vetus: Er gab auch dem Cloſter zu der Zelle die Ober-Lausnitz/ darnach beutet er mit dem Abt zu der Zelle/ und gab ihm dafür Buſſwin die Stadt. In quibus paucis lineolis ter errat iſtius Autor. Nominat enim *Luſnitzium* pagũ ſuperiorem Luſatiam, die Ober-Lauſnitz/ quæ hodie *provincia* potius eſt, in quo tamen ejus veſtigia incogitanter ſatis, ut ſolet, preſſit *Peckenſteinius*, ſcribens in de Marchionibus Miſnenſibus p. 7. b: *Ottonis tempore fodinas Fribergenſes cœpiſſe in terra, quæ tunc ſuperior Luſatia audiverit*, (den bey ſeiner Zeit das Berg-Werck Freyberg/ ſo die

C Zeit

Zeit Ober-Laußnitz geheiſſen/ aufffommen) cum *circa Luſnitium pagum* reſcribere debuiſſet. De hinc *Buswinum oppidum* vocat, quod rectius *Ruſſam pagum* nuncupaſſet. Idem Miſnenſe Chronicon etiam præ oculis habuiſſe videtur *Wolffgangus Crauſius* in Stemmate Saxonico L. F. 3. b. memorans, *ſuo tempore in ſuperiori Luſatia inventas fuiſſe argenti venas, quo in loco tunc condita poſthinc fuerit Freiberga civitas. Munſterus in Coſmographia* ſub voce *Friberga*, & denique *Fabricius Origin. Sax.* p. 557: *Ad ejus* (Monaſterii Cellenſis) *diœceſin, cum pagi quidam, in quibus metalla foderentur, pertinerent, eos cum oppido Ruſſa permutavit, & Abbati Henrico tradidit.*

§. 9.

Eodem anno (M C LXXV.) ſexto Calendarum Junii ſtructuram Monaſterii Cellenſis, tredecim videlicet annorum ſpatio, Otto Marchio abſolvit, qui inſigniter, bona quoque Portenſis ac Buchenſis, Cœnobiorum, locupletaverat.

Hujus ſententiæ aſſertores habeo plures. Chorum ducat *Anonymus Autor* Scripturæ veteris, Cellæ olim lectæ, & à *Fabricio* deſcriptæ, quæ ita habuit: *Anno Dominicæ incarnationis MoXCoVIIIo. initium ſumſit Ciſtercienſe Cœnobium.* (Ordinem Ciſtercienſium indicare forte vult rudis Monachus Autor.)

Anno Dominicæ incarnationis MoCoXIIIIo. conſtructa eſt Morimuntenſis Eccleſia.

Anno Domini MoCoXXIIo. conſtructa eſt Abbatia Campenſis.

Anno Domini Mo.Co.XXVIIIo. Abbatia cœpit Walckenridenſis.

Anno Dominicæ incarnationis Mo CoXXXIIo. conſtructa eſt Abbatia Portenſis.

Anno Mo.Co.LXXVo. 6. Kal. Junii conſtructum hoc eſt Monaſterium veteris Cellæ Sanctæ Mariæ, cujus Oratorium Anno MoCoLXXXXoVIIIo. dedicatum eſt, Amen. Sequatur *Monachus Pirnenſis*: Czella / ein reich Felt-Closter in Meißen/ eine Meile von Roßwann/ 2. von Wilsdorff/ 3. von Freibergk/ 4. von Dreßen an der Mulda/ wirt die alde Zcella benannt/ diß erliche Closter hat zu erſten MCLXXV. Margraff

Otto

Otto czu Meißen geſtifft/ qui ſine dubio de conſummatione, non vero de inchoatione Cœnobii hic loquitur, velut *Chronici Veteris Miſnenſis Autor*, qui hunc in modum: Otto des ehegenanten Conrads Son regiret Meyſſen und Lauterbergk / ſtifftet und bauet die zwey Clöſter Pfort und Zelle/ und begabet ſie ehrlichen im Jare des Herrn XI. hundert LXXV. His ſubjungo *Fabricium* in *Annalibus Miſnenſibus* p. 32. ita ſcribentem: *Otho, Marchio Miſnenſis, Conradi filius, ad fluvium Muldam fundat* (anno 1175.) *in ſylvoſis vallibus Cœnobium Vetero-Cellenſe, ante quod tribus annis a Friderico Imperatore fundatum fuit Altenburgium*; *Petrum Albinum*, qui in Chronico Miſnenſi Tit. 22. p. 272. longe explicatius cæteris de eo, cujus hæc verba: Welches (Cloſter Cella) er angefangen im Jahr 1162. und hat ſolches verbracht im Jahr 1175. Conferantur idem *Albinus* in Chron. Metallico p. 9. *Chronicon vetus Miſnenſe* p. 7. *Wolffgang. Crauſius* in Genealogia Ducum Saxoniæ p. 75. *Dresſerus* Millen. 6. Part. 2. p. 370. *Henningeſius* in Tabulis Genealogicis T. 3. Part. 2. p. 14. *Fauſtus* in Genealogia Saxonica p. 122. qui expreſſe: *Otto* iſt ein *Fundator* des Fürſtl. Cloſters *Cellæ*, welches er zu bauen angefangen/ anno 1162. und vollbracht 1175. *Auguſtinus Brunnius*, qui in Triade Electorali p. 166. exſcribit prope Fabricium: *Ottho Marchio Miſnenſis, Conradi Pii filius, ad fluvium Muldam fundat in ſylvoſis vallibus Cœnobium Vetero-Cellenſe, ante quod tribus annis à Friderico Imperatore fundatum fuit Altenburgium. Andreas Mollerus* in Chronici Fribergenſis Annalibus p. 3. *David. Chytræus Chron. Sax.* p. 53. *Schneiderus* in Chron. Lipſienſi p. 87. *Weckius* in Chron. Dresd. p. 104. *Brotuffius* in Chronico Martisburg p. 616. Male ergo anno 1180. confeciſſe demum illud tradit *Laur. Peckenſteinius* in de Marchionibus Miſnenſibus p. 6. b.

§. 10.

Anno MCLXXXI. Abbas Cellenſis, Heinricus, literas feudales ab Ottone Marchione ſuper pagum Roſwinum impetravit.

Id totidem verbis tradit *Andreas Mollerus* ex Chronico *Cellenſi* in Chronico Fribergenſi pag. 20. & Annalibus p. 3. Item *Petrus Albinus* in Chronico Metallico p. 9. Moræ hujus cauſæ potuerunt eſſe

variæ, & præſertim, quod bello implicitus fuerit, & forte de bonis eo ſpectantibus omni ex parte convenire prius non potuerint, permutatione licet jam ante aliquot annos facta.

§. II.

Anno MCLXXXIX. die 12. Calendarum Martii (18. Februar.) Otto, Marchio Miſnenſis, Conradi Magni Filius, cognomine dives, Princeps inclytus & fundator hujus Abbatiæ benigniſſimus, poſtquam provinciam ſuam cultura metallifodinarũ longe opulentiſſimam reddidiſſet, per annum forte & 12. hebdomadas ex captivitate Filii liberatus in libertate vixiſſet, Cœnobium hoc ipſum multis magniſque reditibus auxiſſet, maximumque pecuniæ theſaurum Monachorum Cellenſium cuſtodiæ ſub altari Monaſterii reliquiſſet, annosque quaſi quatuor & ſeptuaginta, (& non triginta tres, ut Calviſius ad hunc annum Autor eſt) compleviſſet, (quod & ejusdem vultus in monumento videtur prodere) obiit Vetero-Cellæ, medio in Choro ibidem primus Fratrum ſuorum contra promiſſum Patri datum, quod ſcilicet eo redibat, ut omnes in Sereni montis templo aliquando humarentur, ſepultus.

Freibergæ naturæ ipſum ſolviſſe debita, aut *Miſenæ*, veritati propius accedere videtur, quam *Hummersdorffii*, quem locum *Iſrael Clauderus* tradit in *Stemmate Saxon*. p. 17. & ante ipſum Matthæus Dresſerus in Millenar. 6. Part. 11. Iſagoges Hiſtoricæ p. 390. qui tamen eundem *Heimersdorffium* vocat, ejus ſine dubio mortem cum *Filij Alberti* confundentes. Id vero, quod diximus, clare adſtruunt *Chronicon montis ſereni*, quod hic loco omnium eſt teſtium, p. 54: *Otto Miſnenſis Marchio obiit XII. Kal. Martij: Primusque Fratrum ſuorum contra fidem Patri datam, videlicet, ut in Eccleſia Sereni montis omnes ei conſepelirentur, in Eccleſia Ciſtercienſis ordinis, cujus ipſe fundator fuit, quæ Cella dicitur, ſepulturam accepit;* *Langius* Chron. Citizenſi p. 789: *Eodem anno 1189. Otto Marchio Miſnenſis obiit, & in Monaſterio Veteris Cellæ, quod*

ipſe

ipſe fundaverat, *honorifice ſepelitur*; *Chronicon vetus Miſnenſe*: Anno XI. hundert und LXXXIX. Jar XII. Wochen/ iſt dieſer Otto geſtorben/ ligt zu der Zell; *Monachus Pirnenſis*, ſcribens: Dohin Er (Otto) och MCLXXXIX. wart Chriſtlicher weiß beſtalt. Seinen Schatz in einem Altar vormawert dem Cloſter zugedacht/ nam ſein Son Albrecht. Sic vetus Scriptura, Tabulæ olim Cellæ in Choro Sacelli inſcripta: Der (Otto) geſtorben iſt nach Chriſti Geburt MC. und in den LXXXIX. an den XII. des Mertzens (confundit autem hic Monachus Calendarium Romanum cum noſtro) un hirinne in Chor begraben leidt; *Möllerus* in Chronico Freiberg. p. 20. 160. & *Annalibus* p. 7. *Fabricius* in Origin. Sax. p. 559. *Schmidius* in Chronici Cygn. Annal. p. 105. *Chytræus* Chron. Sax. p. 53. *Binhartus* Chron. Thur. p. 146. *Spangenbergius* *Chron. Mansfeld.* ad hunc annum 402. *Albinus* Geneal. Saxon. p. 147. & Chronico Miſnenſi p. 293. *Schneiderus* Chron. Lipſ. p. 413. *Calviſius* Chronolog. p. 784. *Rivander* Chron. Thur. p. 256. *Beierus* Geogr. Jen. p. 147. *Paulus Mart. Sagittarius* in programmate de *locis ſepulchralibus Ducum Saxoniæ* Lit. A. 2. G. P. Honnius in Genealogia Wittekindea. Diem vero mortis alii 8, in quibus *Clauderus* Stemmate Sax. p. 17; alii 19; alii, & rectius, 18. Febr. tradunt. ſc. *Paulus Langius* l. c. *Albinus* Chronico Miſn. l. c. & Geneal. Sax. l. cit. *Henningeſius* Geneal. T. 3. P. 2. p. 14. *Laurentius Fauſtus* in Genealogia Saxonica p. 122. *Rempius* in Calendar. Sax. p. 49. *Reuſnerus* in Genealogia Wittikindea p. 31. *Dn. Lairitzius* in Palmeto p. 208. *Heidenreichius* in Lipſienſi Chron. p. 39. *Clauderus* in Stemmate Saxonico p. 17. *Binhartus* Chron. Thur. p. 146. *Paul. Mart. Sagittarius* l. c. *Brunnius* in Triade Electorali p. 173. his: *Otto in vetere Cellenſi Cœnobio ſepultus una cum uxore Hedwige.* Errant ergo *Cyriacus Spangenbergius*, menſem Octobris emortualem prodens in Chron. Mansfeldenſi p. 277. & *D. Chriſtianus Knauthius* in Antiquitatibus Aſcanienſibus & Ballenſtetenſibus p. 36. (in quo tamen præeuntes habet tum *Rivandrum* loco citato, tum *Joh. Binhardum* Chron. Thur. pag. 46.) annum 1188. referens. Major vero Matthæi Dreſſeri Mill. VI. Parte II. p. 390. eſt error, qui ſine omni Authorum antiquiorum conſenſu mortem ejus in annum 1195. reponit; *abſq; omni dubio Patris mortem cum Filii Alberti inſigniter confundens*, præſertim cum addat, id

factum

factum fuiſſe *Heimersdorffii*, quod tamen *Krummenheinrichsdorffii* contigit, de quo infra pluribus ad hunc annum. Claudimus aſſertum *Georgii Fabricij* vena, qui ita de eo cecinit:

Cella tenet corpus, ſylvoſæ ad flumina Muldæ
Hedwigis, lateri proxima juncta viri.

§. 12.

Quo magis vero dictis his noſtris ſua conſtet fides, ad ipſum provocamus ejusdem monumentum, quod ante viginti, & quod excurrit, annos ſub ruderibus repertum, æri hic inciſum adjicimus.

Hodie id in *Cellenſi Sacello, & quidem hujusdem formæ lapidi* inſculptum viſitur, & ſine dubio *à Filiis* poſt obitum ejusdem ibidem erectum fuit. Exhibetur autem in eodem *totus ejusdem corporis habitus*, & quidem *quaſi in pulvinari jacentis, pileo Ducali caput tecti, corpus lorica muniti*, ſuperjecto pallio Dalmatico, rubro colore olim, & ſine dubio ſequioribus temporibus, ſuperinducto, *dextera* tenentis *lanceam*, ſiniſtra *gladium*, (cujus manubrii forma præcipue obſervanda,) & *ſcutum triangulare*, tunc ita conſvetum, manibus *chirothecis ferreis* pariter munitis, quoad pedes, ut videtur, ocreati, majoribus iisdem *calcaribus & unica ſaltem cuſpide* gaudentibus, additis. Neſcio proinde quid *Antonio Weckio*, qui tamen commiſſioni illi ipſi & inquiſitioni monumentorum interfuit, in mentem venerit, *hujus ipſius Ottonis* monumentum pro *Henrici illuſtris* venditanti in Chronico Dreſdenſi p. 401. niſi forte Fabricium ante oculos habuit, qui in Originibus Lib. 6. 586. ita: *Sepultus* (Henricus illuſtris) *in Cella cum tribus uxoribus & cum Hermanno & Friderico, filiis: quod antiquiſſimum monumentum ibidem parieti infixum teſtatur;* ſed, uti ſine dubio *monumentum* hoc de *veteri Scriptura*, & non *lapideo monumento* accipiendum eſt, ita magis adhuc mirari ſubit, Weckium illud lapideum monumentum aliter prorſus exhibuiſſe, atque ibidem comparet. Nempe in *Monumento*, quod hic addimus, Marchio dextra tenet *haſtam*, in Weckiano vero *vexillum*; hic *ſenili*, illic *iuvenili* in ætate; hic *cum calcaribus*, iſtic *illis carens*; hic *loricatus, tunicaque eundem ambiente, ſuperiecto pallio*,

abſque

OTTONIS DIVITIS
Marchionis Miſniæ Monumentum.



abſque collari; illic in *tunica globulis complicata cum collari ſine pallio* conſpicitur; longeque aliter in noſtra monumenti data delineatione & *mitra principalis*, & *gladius*, & *clypeus*, & *corrigia* intuentibus occurrunt, qvam ibidem ſiſtuntur. Ut adeo credam, tunc vel *memoriæ ipſius excidiſſe ea, quæ antea cum aliis conceperat, vel pictori delineanti non ſatis attendiſſe, vel cum prototypo non accurate ſatis contuliſſe.*

§. 13.

Res omnis ut hic pateat magis, ſequentiaque intelligantur rectius, non pigrabimur, ipſam illorum, quibus ab Electore commiſſum fuerat negotium, illa ſolicitius inquirendi Monumenta, ad Sereniſſimum Electorem Johannem Georgium II. tunc temporis datam relationem conceptis ipſorum verbis hic inſerere, ita habentem:

NAchdem der Durchlauchtigſte Chur-Fürſt zu Sachſen und Burggraff zu Magdeburg/ Johan. Georg. II. als ein ſorgfältiger und glückſeliger Vater des Vaterlandes/ aus ſonderbaren erheblichen Uhrſachen bewogen worden/ die alten Fürſtl. Begräbniße und Monumenta, ſo bey der durch Länge der Zeit und Ungewitter/ wie auch die durch gantz Teutſchland angehaltene über 30. jährige Kriegs Unruhe/ und darneben eingeriſſene Sterbens-Läuffte eingegangene Kirche zur Cella zubefinden ſeyn möchten/ aufſuchen/ und ob dero Hoch-Fürſtl. löbliche Vorfahren des Orts (woran bishero gezweiffelt werden wollen) beerdiget/ Gewißheit einziehen zulaſſen. Immaßen zu ſothanen Behuff Hochgedachte Chur-F. Durchl. dero hochbeſtalten Cammer-Herrn/ Cammer-Rath/ Hauptmann über das Ampt Noßen/ und Ober-Steuer Einnehmern/ Herrn Wolff. Rudolff von Ende auf Ehrenberg/ dann dero über die Artiglerie hoch-wohlbeſtalten Obriſt-Lieutenant, Commendanten der Feſtung Sonnenſtein und Inſpectorn derer Fortification und Civil-Gebäude/ Herrn Wolff Caſpar von Klengel auff

Naundorff / wie auch dero wohlbeſtalten Rathe und geheimb-den Reichs-Secretario, Herrn Antonio Wecken / gemeßene Commiſſion gnädigſt aufgetragen: Als haben Hoch- und Wohl-gedachte Herrn committirte am 21. Auguſti 1676. in benanter Zella ſich zuſammen betaget / worbey auf gnädigſtes genehm hal-ten der Ober-Amptmann von Meißen / Hans Adam Stiehl / zugegen gekommen / und nachdem ſie von Situation der gäntzlich eingegangenen / und in bloſſen ruinis liegenden Kirche ſo wohl davor zur rechten Hand geſtandenen Fürſten-Capelle noth-dürfftig ſich informiret / und wie / und auf was maße mit der Ab-räumung zu verfahren / gewiſſe Anordnung geſtellet. Zu deßen Beförderung nun und Abräumung das über 6. Ellen hoch von dem eingefallenen Mauer-Wercke angefülten Schuttes ſind nachgehends im Chore vier Leichenſteine / als 3. mit Fürſtl. Manns / und eines / mit einem Weiblichen Fürſtl. Cörper ent-decket worden. Dahero auff Ihr. Churf. Durchl. nach unterthä-nigſt erſtattetem Berichte / ander weit ergangenen gnädigſten Verordnung die Herrn Commiſſarii nebſt dem Herrn Ober-Land-Baumeiſter Starcken am 10. und 11. Septembr. an ge-dachten Ort ſich begeben / und aus Betrachtung der Leichenſteine / als auch ex collatione der aus dem Churf. Archivo erlangten Fürſtl. Bildniße / und zur Hand gebrachten alten Inſcriptio-nibus davor gehalten / daß das mittelſte Monument des Stiff-ters Marggraffens Ottonis divitis Geſtalt / als welcher ſich in Lebens-Größe mit einem Pantzer / vergöldeten Wappen-Rocke / und darüber hangenden Dalmatiſchen rothen Man-del in Stein erhaben drauf gehauen præſentiret / auf dem Haupte eine Fürſtl. Mütze / in der rechten Hand eine Lantze / in der lincken ein Schild / und darneben das Schwerdt hal-tende / an Füßen aber geſtieffelt mit alten ſpitzigen Stech- oder Thurnier-Sporn ohne Rädlein. Allernechſt war ſeine Ge-mahlin / Frau Hedvvig, gebohrne Marggräffin von Bran-

den-

denburg / ebenfalls in Lebens-Gröſſe in damahls gebräuchlichen Frauen-Zimmer Habite / in der rechten Hand haltende die Geſtalt der Kirchen zur Cella / als zu dero Fundirung ſie ihren Gemahl fürnehmlich bewogen / umb den Saum ihres Mantels (oder Schaube) ſtunden Wechſels Weiſe der Marggräffliche Meißniſche ſchwartze in güldenen / und der Landgräffl. Thüringiſche roth und weiſſe Löwe in blauen Schilde gemahlet. An der Wand zur rechten des Thors lag des Fundatoris älteſten Sohnes / Alberti Superbi, Leichen-Stein in linea parallela, worauff ſein Bildnis in einem langen bis auf die Waden langenden vergüldeten Rock / nebſt darüber gegürteten Schwerte und rothen Dalmatiſchen Mantel (auff welchem der ſchwartze Marggräffl. Meißniſche Löwe im vergüldeten Schilde vielfältig / auff ieder Achſel aber ein Bähr gemahlet ware) eingehauen ſtunde / in der lincken haltend ein vergüldetes Schild mit einem ſchwartzen Löwen / auf dem Haupte mit einem gewundenen Roſen-Crantz / am Füſſen mit Schuhen gekleidet. Der vierdte Leichenſtein lag gegen der Wand zur lincken Hand in ungleicher Linie / darauff des Stiffters anderer Sohn / Marggraff Dietericus afflictus, in Lebens Gröſſe gehauen / mit unbedeckten Haupte / Wappen-Rocke ohne Ermel mit an beyden Achſeln herabhangenden Schnüren und Senckeln / darüber das Schwert gegürtet / in der lincken ein vergöldet Schild mit dem Meißniſchen Löwen haltende. Nach Erkundigung dieſer Leichenſteine hat man / gnädigſter Inſtruction zu folge / zu denen Grabeſtätten räumen und öffnen laſſen / da man ſo dann mitten im Chore des Stiffters / und neben ihm zur rechten ſeiner Gemahlin Gebeine (deren Unterſcheid aus der Länge / Stärcke und Subtilität eigentlich zu judiciren war) befunden. Sie lagen in 2. ſchmahlen / niedrigen / aus Sandſteinen nach der Länge des Haupts und Leibes genau gehauenen / und mit Feldſteinen bedeckten Gräbern / aus deren Enge

 man

man ſchlieſſen kunde / daß die Cörper ohne höltzerne Särge müſten eingeſenckt ſeyn; Wie denn auch kein Spur-Zeichen von Holtze zubefinden. Bey Einfall des Gewölbes und der Mauren ſind von der groſſen Laſt des herabgeſtürtzten Steinwerckes die Gräber durchſchlagen / und dahero die Gebeine auch durch die Erſchütterung ziehmlich zerſtreuet geweſen / welche man ſehr accurat zuſammen geſuchet / iedes in ein ſauber von eichenen Holtze verfertigtes neues Käſtlein beſchloſſen / wiederum in ihre vorige Grabſtätte geſetzet / und ſolche mit einem gemauerten Bogen wiederumb verſchloſſen. Zur rechten / iedoch etwas weiter gegen dem Altar zu / fand man ſeines älteſten Herrn Sohnes Alberti, und nebſt dieſen ebenfals zur rechten genau an der Wand deſſen Gemahlin Fr. Sophien / Hertzog Primislai Ottocari aus Böhmen Tochter / beyde Gräber / ebener maßen nach Proportion des Haupts und Cörpers von Ziegelſteinen ausgemauret / und mit Feldſteinen bedecket / darinnen denn auch ihre Gebeine in guter Ordnung unverrückt erſchienen / iedoch gleich wie beym vorigen / nichts von Kleidern / Metall oder dergl. zu befinden. Woraus man die geringe Arth / ſo vor alters bey Begräbnißen üblich / leicht abnehmen konte. Dieſer Gräber wurden ebenfalls ſonder eintzige Berührung der Gebeine mit einem Ziegel-Bogen wieder zugewölbet. Allermaßen nun Chur-Fürſtl. Durchl. von ſothaner Befindung mehrere Gewißheit erhalten / als haben ſelbige / ductu pietatis erga cineres & oſſa Majorum, ſolche nicht länger in ſqualore bleiben laſſen wollen / ſondern anderweitig gnädigſt verordnet / ferner nachzuſuchen / und ſo viel anzutreffen / möglichſt zu colligiren. Zu deſſen gehorſamſter Folge am 18. ſequ. Septembr. mit dem Nachſuchen continuiret worden / und zwar anfangs gegen der lincken Hand / ſo dann an der Wand bis unter den Füllmund die Kennzeichen eines von Ziegeln ausgemauerten getünchten Grabes ſich ereignet / darinnen 2. Särge / ſo aber durch's Mauerwerck und Länge der Zeit dermaßen zerſtücket u. verweſet waren /

daß man von Cörpern nur eintzelne Gebeine zuſammen leſen kunte / von den Särgen aber unterſchiedliches Eiſen-Werck ſambt wenigem Holtz-Werck übrig war. Man ſahe auch / daß die Särge / weil man ſich des Orts von Waßer befahret / (maßen dergleichen auch bey der Räumung eindrunge) auff 4. eichene Pfähle (ſo aber ebenfalls bis auf ein ſchwartzes Gemülme gantz ausgefaulet) geſtellet / und iedem Pfahle ein Mauer-Ziegel ungemeiner Größe wieder tieffer ſincken untergelegt geweſen. Aus Proportion der Gebeine war zu judiciren / daß etzliche von einer Manns / die übrigen von einer Weibs-Perſon / und alſo befundenen Umbſtänden nach / von des Stiffters andern Herrn Sohns / Marggraff Dieterici und ſeiner Gemahlin / Frauen Jutten (Judithæ) gebohrnen Landgräfin aus Thüringen / Cörpern ſeyn müſſen. Die Gebeine ſind auch zuſammen in ein neu eichen Käſtlein gethan / und in dem Ort des Grabes an der Grund-Mauer wiederumb in ein gewölbtes Grab geleget worden. Von hier hat man das graben quer durch den Chor am Abſchnitte der runden Halle fortgeſetzet / und in gleicher Linie viel putreſciret Holtz nebſt unterſchiedenen kleinen Knöchlein (ſo ebenfals in ein ſonderlich neu Käſtlein gethan / und wiederumb eingerücket worden) befunden / welche ohn allen Zweiffel von Marggraff Dietrichs jungen Herrn und Fräulein noch übrig geblieben. Ferner iſt man mit dem graben gegen das Fuß-Ende Marggraff Ottonis gerückt / allwo ein ausgemauret Grab / und in ſolchem Stücke von einem gemauerten Sarge / Eiſen-Werck und Nägeln / etzliche Stücklein von Cranio, ſamt etlichen ſtarcken Gebeinen von Armen und Schenckeln; das übrige aber von der Laſt des eingefallenen Mauerwercks ſehr zertrümmert angetroffen worden. Weil nun diß Grab gleich zu des Fundatoris Füſſen / und das eintzige / ſo in dieſer Reyhe überwölbet geweſen / ſo will man vermuthen / daß allhier deſſen Nepos, Heinricus illuſtris begraben ſey. Neben dieſer Grabeſtätte

zur rechten und lincken hat man auch Anzeigunge etzlicher in der bloſſen Erde ohne Gemäuer geweſenen Gräber nebſt verfaulten Stücken von Särgen / Nägeln / craniis und ſubtilen Gebeinen / ſonder Ordnung / wie ſolche im Einfall des Mauerwercks diſſipiret und zerſchmettert worden / angetroffen / ſo vermuthlich von Henrici illuſtris Gemahlinnen ſind / und nicht weniger als die andern fleißig colligiret / und in einem neuen Käſtlein zu deſſen Grabſtätte beygeſetzet worden. Dieſe Zeit hat ſich das bisherige gute Wetter geändert / und iſt ein ſtarcker Regen eingefallen / ſo das Werck gehindert. Huc usq; B. Stiehlii & aliorum relatio.

§. 14.

Neq; diu poſt Hedwigis, Ottonis fundatoris uxor, Alberti Urſi, Electoris Brandenburgenſis, ex Sophia Reineccenſi filia, quæ potiſſimum maritum ad ædificationem hujus Cœnobii permoverat, demortua, Cellæ ad latus dexterum mariti in choro templi primarii terræ fuit demandata.

Monachus Pirnenſis id clare adſtruit, cujus verba vide §. præcedente. Conſentit *Scriptura vetus* in choro ſacelli ante altare ſummum olim lecta: darinnen Er (Otto) begraben leidt mit der Hochgebornen Fürſtin / Frauen Hedewig / die ſein Gemal geweſt iſt / eines Margravens von Brandenburg Tochter. Idem porro tradunt *Fabricius* in Originibus p. 259. Et in Epitaphio Ottonis ſic, ut ſupra jam monuimus, canens:

Cella tenet corpus, ſylvoſæ ad flumina Muldæ,
Hedwigis lateri proxima juncta viri.

Albinus in Chronico Miſnenſi tit. 22. p. 293. *Fauſtus* in Genealogia Saxonica p. 122. *Brunnius* in Triade Electorali l. c. *Reuſnerus* in Geneal. Wittik. p. 31. *Clauderus* in Stemmate Sax. p. 18. *Henninges* Geneal. T. 3. P. 2. p. 14. Sagittarius de locis ſepulchralibus Ducum Sax. Lit. A. 2.

Ejus

HEDWIGIS OTTONIS VXORIS MONUMENTUM.

pag. 29.



§. 15.

Ejus Monumentum, quod ab Illuſtriſs. poſteris nacta eſt, ad prototypum lapidi inciſum, accurateq; delineatum & hic adjicimus.

Ex B. *Stiehlij* relatione anno 1676. compoſita, & modo §. 13. à nobis inſerta, inter alia intelligimus, illam in *manu dextera* tenere *iconem Veteris Cœnobii Cellenſis*, ex qva ejusdem formam veterem aliqvatenus cognoſcere adhuc licet; ſine dubio ex eo, quod ſingulari favore illud complexa fuerat, cum quo etiam conſentiunt *verba ſuperius ex Chronico Montis ſereni* jam allata.

§. 16.

Martini Miſnenſis Epiſcopi temporibus, qui per viginti annos Præſul ſederat, & anno MCXC. deceſſerat, Monachos in cœnobio Cellenſi ſuum Præpoſitum, pedibus truncaſſe & in lacum quendam projeciſſe, qui ex illo tempore Præpoſiti lacus audiverit, (der Probſt Dümpffel.) refert Fauſtus in Chronico Miſnenſi pag 13.

Sed inſignem errorem admiſiſſe *Fauſtum, Cellam* pro *Zſcillam* aut *Cillam* ponendo, manifeſtum reddam ſtatim ex ipſius Wytegonis, Epiſcopi Miſnenſis, notitia, in qva inter alia hæc: *Schillenſes Monachi, qvi ſuſpicantes Prepoſitum loci exceſſus eorum graves & enormes Misnenſi Episcopo publicaſſe, in vigilia Pentecoſtes ipſum Prepoſitum, ſedentem in loco conſveto, in qvo Confeſſiones fratrum audiuntur, & expectantem confiteri volentes, non absq; aliorum de Conventu conſilio cum armis hoſtiliter invaſerunt, & uno pede proh dolor! mutilarunt, Priorem ejusdem loci juxta eundem Prepoſitum, Dei timore poſtpoſito, in collo & in capite letaliter vulnerando.* Egregia vero ſanctioris vitæ Monachalis & eximiæ pietatis ſpecimina! de qvibus vero alio tempore C. D. plura.

§. 17.

Albertus, Ottonis filius, audiens Patrem Cellæ ingentem pecuniæ theſaurum (tria & ut alii, qvod tamen vix credibile, trecenta millia ſcilicet marcarum) majoris ſecuritatis ergo depoſuiſſe, eo veniens illum, non habita rati-

one loci ſanctioris, nec prolatæ à Monachis excuſationis, ſecum abſtulit.

Id totidem verbis & paulo explicatius refert *Autor Chronici montis ſereni* p. 57: *Albertus Marchio, filius Ottonis, audito, qvod Pater ſuus partem pecuniæ in Cella repoſitam moriens dimiſiſſet, ad locum venit, pecuniamq; ipſe à Monachis exegit. Erant autem marcæ CCC. millia de juſtis omnino proventibus, & quæ nihil iniqui mammonæ admixtum habebant, quas Marchio pro remedio animæ ſuæ eccleſiis Dei deputaverat diſtribuendas. Monachi vero reſponderunt, ſe depoſitum illud, ad quod prædictum eſt, conſervandum in fide ſuſcepiſſe, nec poſſe id tradere ad quodlibet inde faciendum, quin potius cum ipſo ad ejus aſylum velle confugere, cujus erat cuſtodiæ deputatum. Hoc dicto, pecuniâ tota in altari Dei genetricis poſitâ, eventum rei ſoliciti expectabant. Marchio vero, neglecta tantæ cuſtodis reverentia, ablatis omnibus diſceſſit.* Claudit vero juſto forte zelo ob ablatam Monaſterio, Confratribusq; dicatam pecuniam, commotus Monachus Autor hoc epiphonemate: *Nec mirum, ſi mortuo patri violentus extitit, quem vivum non timuit captivare.* Paulo brevius *Chronicon vetus Misnenſe*: Nach dem Todte dieſes Otten ward ſeinem Son geſagt/ daß ſein Vater drey tauſend Marck Silbers in einem Altar gen der Zell hett laſſen vermawren/ die foddert er von den München/ aber ſie ſagten/ das ſolches ſein Vater zu dem Cloſter gegeben hatte; Er kart ſich nicht daran/ legt ſeine Hand mit Gewalt an den Altar/ gleich als an ſeinen Vater/ nam das Silber hinweg. Idem & tradit *Monachus Pirnenſis* verbis ſupra ad §. 11. p. 21. adductis, itemq; *Albinus* in chron. Metall. p. 13. *Henningeſius* T. 3. Gen. p. 14.

§. 18.

Neq; ut fugiat B. Lectorem, cujus formæ Albertus abſtulerit Parentis ſui Ottonis nummos, ecce trium icones illorũ, qvorum prototypa Theſaurus continet Schwarzburgicus, hic ſubjungimus, qvas eo gratiores B. L. fore ſperamus, qvo rarius hodie comparent, aut inveniuntur alibi, de qvibus tamen alio loco fuſius agemus.

§. 19.







§. 19.

Anno MCXCV. 8. Kal. Julii (die 24. Junii) Albertus Superbus, Ottonis filius, Marchio Miſnenſis, Krummenheinrichdorffii, (pagus olim fuit Nobilium de Schönberg) & non Lipſiæ, ut quidam volunt, in caſa ruſtica veneno è vivis ſublatus, in Veteri Cella fuit ſepultus ad latus Parentis dexterum in Choro iſtius Cœnobii Templi.

Omnium optime id tradit *Chronici montis Sereni Autor* p. 64. & 65: *Anno MCXCV. Albertus, Marchio, veneno, ut fertur, a quodam familiarium ſuorum, Hugoldo nomine, ſumpto, ægritudinem incurrit. De Vriberge vero, ubi ægrotare cœpit, Miſnam feſtinans, cum nec equo, nec curru, propter evidentiam morbi vehi poſſet, à viris in geſtatorio, ad hoc ipſum compoſito, portabatur. Verum emenſo unius milliaris ſpatio, ingraveſcente moleſtia, etiam portari non ſufferens, in villa quadam Heinrichsdorff depoſitus, ibique defunctus eſt IIX. Kal. Julij. Sepultus vero eſt in Cella juxta Patrem ſuum.* Et poſt hunc *Chronici veteris Miſnenſis Autor*: Im XI. hunderten und XCV. Jar ward Marggraff Albrecht von ſeiner Diener einen/ Haugold genannt/ vergeben/ iſt zu der Zell begraben. Confirmat & dicta *locus ſepulturæ ad dexterum latus ſacelli,* cujus ſupra allata *Epiſtola ad inveſtigationem illius ab Electore Joh. Georg. II. anno 1676. Deputatorum* p. 25. meminit *Albinus* in Chronico Miſnenſi p. 255. & 293. qui hoc ex mortuologio (Cellenſi) refert. *Scriptum* quoque olim in Cellenſis Monaſterii ſacello ante altare ſummum in Choro ad ſiniſtram lecta, & à *Fabricio* deſcripta ita: Zum erſten Marggraff Albrecht/

recht/ der diß obengenandten Marggraffen Otten Sun iſt geweſt / der iſt geſtorben nach GOttes Geburt MC. und in XCV. Jar / hie begraben leit. Videantur idem tradentes *Mollerus* Chron. Friberg. p. 161. & *Annales* p. 8. *Fauſtus* Genealogia Saxon. p. 123. *Brunnius* in Triade Electorali p. 180. *Paulus Mart. Sagittarius* in Programmate de locis ſepulchralibus Ducum Saxoniæ Lit. A. 2. *Fabricius* in Origin. Saxon. p. 562. *Peccenſtein* Theatr. Sax. p. 20. *Schmidius* Chron. Cygn. p. 107. *Reuſnerus* Stemmat. Wittik. p. 32. *Chytræus* Chron. Sax. p. 58. *Clauderus* Stemma Sax. p. 18. *Schneiderus* Chronico Lipſienſi p. 404. *Henningeſius* T. III. Geneal. p. 14. *G. P. Hœnnius* Geneal. Wittik. Falſus ergo eſt *Chronici Bigaugienſis Autor*, qui ejus mortem ad annum 1194. p. 267. inculcat hiſce; *Albertus Miſnenſis obiit.*

§. 20.

Et quo minus de dictorum veritate dubitari queat, hic quoque addi curavimus ejus Monumentum ſine dubio a Dieterico, Fratre, ipſi fieri juſſum, hodie in Sacello Marchionum ibidem viſendum, accurate ad prototypum depictum, in quo, præter ſimplicitatem Veterum, etiam corolla ex roſis confecta in capite, florentem ejus ætatem deſignatura, cingulum, quo corpus eſt adſtrictum, & a quo dependet gladius, manubrii gladii forma, ſcutumque triangulare pariter, cui Leo appictus, (quod tamen ſequioribus temporibus factum reor,) obſervari merentur.

Recentiorum enim Monachorum ætatem ſapit, quod *Vrſus* & *Leo niger* ſuis coloribus additi fuerint veſtibus, maternæ originis & paternæ ſine dubio argumentum.

§. 21.

Ottonis, Patris, vidimus nummos; Alberti quoque, Filii, hic ut addamus deſiderabit forte Benevolus Lector. Neque vero ut ſic ejusdem de nobis conceptam ſpem fallamus, addimus binos illius ex Theſauro Schwartzburgico nummos, alterum equidem, ut ex literis, quas præfert, patet,

ALBERTI SUPERBI MONUM.

pag. 32.



patet, indubiæ fidei, cum literis: ALBERTUS MARCHIO alterumque ſine dubio etiam ad illum ſpectantem, quod non ſolum literæ A. D. G. M. h. e. Albertus Dei Gratia Marchio, ſed & convenientia cum altero non obſcure probare videntur.



Quilibet vero vel primo intuitu perſpicit, hos ipſos *multa* cum præcedentibus tum ratione *formæ*, tum *figuræ*, tum *ductus literarum* habere *communia, adeoque & ad illorum ætatem quam proxime accedere*. Videant ergo illi, qui hos ad *Albertum degenerem* ſine dubio ſpectare exiſtimant nummos, qua ratione nobis hoc probabile reddant. Sane longe alia poſt Henrici illuſtris, cujus filius hic ipſe erat Albertus, tempora invaluerat cudendi ratio, craſſiores ſcilicet literas ut inſculperent nummis, *leonemque* communiter præ ſe ferrent, quanquam & *Marchionem* cũ vexillo quandoq; oſtenderent modo laudati Alberti nummi. Atq; ut res pateat magis, iiq; dignoſcantur rectius, ecce & illorum typos hic inſerimus. Horum unus literas præfert: *Albertus Dei Gratia Miſnenſis ET Orientalis Marchio*; Alter vero iſtas: *Albertus, Fridericus, Dei Gratia Miſnenſes Marchiones*, quorum vero explicationem, ſicuti & præcedentium, alii reſervabimus loco & tempori.



§. 22.

Eodem anno MCXCV. die 24. Julii, triginta ſcilicet diebus poſt mariti diſceſſum, non ſine veneni pariter ſuſpicione obiit Sophia, uxor Alberti ſuperbi, Marchionis, Friderico, Bohemiæ Duce, oriunda, & mariti latus ſiniſtrum in Choro Sacelli claudit.

Ita enim *Chronici Montis Sereni* Autor p. 65: *Uxor quoque ejus paucis evolutis diebus eodem veneno extincta eſt.* *Chronicon vetus Miſnenſe*: Sein (Marggraff Albrechts) Weib lebete XXX. Tag darnach, ſtarb auch vom Gifft. Quorum dehinc veſtigia premunt *Fabricius* in Originibus Sax. p. 562. *Albinus* Chron. Miſn. Tit. 22. p. 293. *Fauſtus* in Genealog. Saxon. p. 123. *Paul. Mart. Sagittarius* in Programmate de locis Ducum Saxon. ſepulchralibus. Lit. A. 2. *Mollerus* Chron. Freib. Ann. p. 9. *Peccenſtein* Theatr. Saxon. p. 20. *G. P. Hœnnius* in Geneal. Wittik. *Scriptura olim Cellæ ad* parietem Templi in Choro lecta, & a Fabricio deſcripta: Mit ſeiner (Alberti) Frauen Sophia, (liegt Er begraben) die eines Hertzogen Tochter von Behmen geweſt iſt, denen beiden vergeben wart, und in wenig 30. Tagen beyde geſtorben. Henninges T. 3. Geneal. p. 14. Dn. Lairitzius Palmeto p. 109. Conſentit & Relatio de inveſtigatione locorum ſepulchralium Marchionum a quibusdam delegatis in Cella anno 1676. inſtituta, quæ ſupra inſpici poteſt. pag. 26.

§. 23.

MCXCVIII. dedicatum eſt Oratorium Monaſterii Vetero-Cellenſis.

Teſtis eſt Scriptura antiqua hujus Cœnobii, Templi parieti olim adſcripta, quam ſupra jam §. 9. p. 18. attulimus, cujus hæc concluſio: *Cujus* (Cœnobii *Cellenſis*) *oratorium* Ao. MCLXXXXVIII. dedicatum eſt, Amen.

§. 24.

Anno MCC. Matthæus Abbatis, Tammo Prioris, & Gerardus Cellarii officio in hoc ipſo Cœnobio præfuerunt.

Teſtes

Teſtes his axiomatibus adducuntur in diplomate Dobrilugenſi, ex quo, cum dignitas hujus olim Abbatis & Fratrum eluceſcat, dum Burggraviis Altenburgenſi, Miſnenſi, Donenſi, & Greutſchenſi præponuntur, & Terminos præterea prædiorum ad Monaſterium Dobrilugenſe olim ſpectantium contineat, digniſſimum putamus, ut integrum hic legatur, nondum hactenus editum.

IN nomine Sancte & individue Trinitatis, *Theodoricus, Dei gratia, Miſnenſis & Orientalis Marchio*, Eccleſiarum poßeſſiones que à viris Principibus, ſeu ab aliis quibuslibet perſonis, ſub eorum poteſtate agentibus, *ob remedium peccatorum ſuorum locis Deo ſacratis* collate ſunt, facile paterent direptioni, ſi non abeis, vel heredum ſuorum ſucceſſione legitima, tuerentur â violentia. Hac igitur uti volentes benivolentia, tam preſentibus, quam futuris notum eſſe volumus, *Eccleſie in Dobriluch*, que a *predeceſſoribus noſtris Marchionibus*, ſcilicet pie memorie *patruo noſtro Theodorico, & Patre noſtro Otthone, itemque patruo noſtro Thedone fundata, ſuſtentata, atque defenſa eſt, jure defenſionis, que nobis pro parte hereditarie proprietatis contingit*, etiam â nobis ob evitandum eſtum adverſitatis deberi obumbraculum defenſionis. Ut autem noſtre intencioni firmius robur accederet, de terminis Eccleſie prefate, *quos majores noſtri laudabiliter ſtatuerunt*, certitudinem capere volumus, & per viros honeſte fame, *Hertwicum* ſcilicet *Prebisk, & Thidoldum de Belgora* ſub obteſtatione fidei, qua nobis tenebantur, firmam rei firmitatem cognovimus. Accipiunt itaque initium *predicti termini a Jawer per directum ad Wyſſok, a Wysſok per directum ad Swynſtyge, & pontes Muteliz uſque ad vadum Scharischowe, a Schariſchowe per aſcenſum fluvij uſque bork, a bork* per directum uſque *ad ſeptem fontes, a ſeptem fontibus uſque ad paludem Drezke*, & diriguntur deorſum *ad alveum Telniz, & inde ad locum, qui Jamniz vocatur, venientes per Welkenoz ad originem cujusdam rivuli Wewer ſcilicet deſcendunt, & cum eo uſque ad amnem Primiſnizam delabuntur, trans ripam vero ejusdem fluminis primſniz octo manſos flandrenſes ipſis terminis adjecimus, & inde*

 per

per deſcenſum ejusdem amnis quo uſque ingrediatur ſiccam aleſtram, Inde vero regreditur per directum ad priorem terminum Jawer. Ut autem hec noſtra & Parentum noſtrorum donatio apud preſentes & poſteros prefato Cœnobio & inibi Deo ſervientibus integra illibataque permaneat, preſentis pagine inſcripcione, & Sigilli noſtri impreſſione, & idoneorum teſtium annotacione corroboravimus. Sunt autem hi, *Bertramus*, Miſnenſis Canonicus, MATTHEUS ABBAS DE CELLA, TAMMO PRIOR, & GERARDUS CELLERARIUS IBIDEM, *Hermannus*, Burgravius de Altenburg, *Meynerus*, Burgravius Miſnenſis, *Henricus*, Burgravius de Donyn, *Gerardus*, Burgravius de Greütſch, *Erkenboldus* de Grizlav, *Henricus* de Corun, *Albertus* de Dreuze, *Henricus* de Koldiz, *Herdegenus* de Lyznik, *Albertus* Dapifer de Borne, *Ludoldus* & *Ramuoldus* de Domo Grymme, *Guntherus* de Rochsberg, *Henricus* de Starenberg. Acta ſunt hec Anno ab incarnatione Domini *Milleſimo CCmo.* Indictione III. in *Provinciali palacio* noſtro COLMIZ VI. Kalen. Maij Regnante in Celo & terra Domino noſtro Jeſu Chriſto. Sigillum appenſum hisce literis exſtitit hujus formæ.



§. 25.

Anno MCCV, Ludigerus Monachum in Cella egit.

Teſte diplomate Dobrilugenſi hoc anno dato, in quo ita teſtis adducitur: Ludgerus Monachus de Cella Sanĉte Marie. Et cum in eodem Burggravio de Lubin præponatur, aliaque contineat memorabilia, non poſſum non illud plurimam partem excerptum hic apponere;

IN nomine Sanĉte &c. *Cunradus Dei Gratia Orientalis Marchio, Eccleſie Sanĉte Marie in Dobirlug* in perpetuum &c. quod cauſam, que inter *Fratres Dobirlugenſes & Hartpertum*, ſacerdotem *de Wardenbrücke*, ſuper Terminorum ſuorum diſtinĉtione verſabatur, ex rogatu Domini *Theoderici, Miſnenſis Epiſcopi, diſcutiendam atque dirimendam ſuſcipientes*, & bonis ſermonibus & juſtis rationibus id elaboravimus, ut idem *ſacerdos* omnem *querimoniam vel exaĉtionem*, quam contra predictos fratres in predia ſeu terminos ipſorum hactenus habuerat, *penitus abdicaverit*. Nos igitur *Deo largiente in* Patronatum ejusdem Cœnobii hereditario *ſucceſſimus* jure, univerſis circum circa Terminis, quibus pie memorie *Patruus noſter, Theodericus Marchio* ipſam Eccleſiam à *Martino, Miſnenſi Epiſcopo*, dotari voluit, *firmam* ac perpetuam recognoſcimus *libertatem*, eamque & privilegii hujus conſcriptione, ac Sigilli noſtri impreſſione roboramus, ita ut ſi aliquis deinceps longe vel prope poſitus *Fratres* inibi Deo ſervientes aut *Colonos eorum, in aliqua decimarum exaĉtione ſeu querimonia pulſare ac moleſtare preſumſerit, Dei & omnium ſanĉtorum ſuorum odium habeat, noſtraque & ſucceſſorum noſtrorum benivolentia tam diu careat, donec reſipiſcat, & locum ipſum in pace dimittat.* Hujus autem confirmationis teſtes ſunt *Johannes*, Parochianus de Belgere, *Everhardus*, Capellanus Marchionis, *Balduinus*, Sacerdos, Ludgerus, Monachus de Cella Sanĉte Marie, *Johannes*, Burggravius de Lubin, *Reinhardus* de Strele, *Gunzelinus* de Vichtenberg, *Otto* de Legendorff. *Ludgerus* de Yeſere, *Heinricus* de Sirmnitz. Anno ab incarnatione Domini M.CC.V. XV. Kalend. Auguſti. Acta ſunt hec in villa *Wardenbrücke*.

§. 26.

Atque hunc Ludigerum credo eſse, cujus Sermonum duo Volumina, itemque Libri Azymorum hodie adhuc in Bibliotheca Lipſienſi Paulina in Mſtis proſtant.

Citat illos L. *Joachimus Fellerus* in Cygnis quaſimodogenitis L. B. 2. & in Catalogo MſtorumCodicumBibliothecæ Paulinæ p. 149. & 180.

§. 27.

Anno MCCXI. die 1. Febr. demortua eſt Miſnæ Adela (Adelba, Adelheidis, Adelhana) Ottonis fundatoris filia altera, Regis Primislai, ſeu Ottocari, Regis Bohemiæ, conjux, ab ipſo circa annum 1201. injuſte repudiata, hactenus velut in exilio, & Monialis Miſnæ in Monaſterio prope Waſſeburgum ad S. Jacobi ædem, quod ipſi Dietericus, Frater, de dote ſua exſtruxerat, vivens, Cellæq; ſepulta fuit.

Scio, alios *Miſnæ* ſepultam illam tradere, in quibus ſunt *Fabricius* Ann. Miſn. p. 36. *Fauſtus* in Geneal. Saxon. p. 123. Idem in Chronico Miſnenſi p. 26. 27. *Reuſnerus* p. 31. *Lairizius* p. 201. *Weckius* Chron. Dreſd. p. 104. *Albinus* Chron. Miſn. p. 299. *Clauderus* Stemmate Saxon. p. 19. idque ex eo conjicere, quod ibidem vixerit, ſed neſcio, an hæc ſufficiant, cum *Monachus Pirnenſis*, quando de hoc Monaſterio agit, & ibidem ſepultos refert, expreſſe addat: *Adelba* Marggräffin Otten czu Miſsen Tochter; itemque *Bucelinus* T. 1. Germ. Sacræ p. 88. qui (Otto) ibidem (Cellæ) cum uxore & Filia ſepultus eſt. In die, loco, annoque mortis conſentit *Henninges* T. III. p. 14. ſed locum ſepulturæ tacet, quod & Rempius in Calcad. Sax. facit. Sed cum Scriptura Cellenſis de ea taceat, parum abeſt quin priorem amplectamur ſententiam.

§. 28.

Anno MCCXVI. Dietericus Marchio Miſnenſis, Ottonis Fundatoris Filius, Privilegium Monaſterio Cellenſi dedit ſuper bona quædam ipſius Zadelenſia.

Hujus

Hujus diplomatis meminit *Weckius* Chron. Dreſd. p. 103. & hanc ejus refert clauſulam: *Acta ſunt hec anno ab incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti Milleſimo ducenteſimo XVI. indictione V. XII. Cal. Febr. in civitate noſtra Dreſeden.*

§. 29.

Hoc anno Tidericus, Marchio Miſnenſis & Orientalis, Lipſiæ contractum confirmavit, quo decem manſos hæreditariæ proprietatis in villa Kagan pro centum triginta, & quinque in Weceleswalde pro 60. marcis duo Fratres, Theodericus & Wolckmarus de Kagan, Abbati Cellenſi, Bernhardo, & Conventui Sanctæ Mariæ ibidem hæreditario jure vendiderunt.

Hoc diplomati *Marchionis Tiderici* debeo, ad cujus finem hi laudantur teſtes: *Ulricus ſcriptor, Henricus ſenior & Henricus junior de Corun, Hartmannus de Lobdeburg, Sifridus de Mugelin, Sifridus de Zedliz, Ranvoldus de Kutez, Heinricus Marſchallus, Heinricus de Kuzebude, Heinricus de Lindenowe, Hildebrandus de Baruth, Hugo de Bennendorff, Wernherus de Steten, Ludovicus de Plaunuwiz, Albertus de Ruth, Albertus de Landesberg, Johannes de Kybitz. Acta ſunt in civitate noſtra Lipz. 5. Non. Mart. 1216. indict. 5.*

§. 30.

Anno MCCXIX. Wilhelmus Abbas Celſenſis, Patria Torganus, Albim navicula trajecturus cum aliquot Monachis & Miniſtris mergitur, & interit.

Fabricius in Annal. Miſn. p. 36. Möllerus in Annalibus Chronici Freibergenſis p. 12.

§. 31.

Anno MCCXX. die 17. Febr. Dietericus, Alberti Frater, & Ottonis Marchionis Filius, qui ſedem ſuam plerumque Fribergæ habuerat, ex veneno a Medico ſceleſto propinato (quem talento Attico corruptum fuiſſe, referunt Annales)

les) in vivis eſſe deſiit, Vetero-Cellæ in Choro Sacelli humatus.

Diem emortualem diximus *17. Februarii* innitentes authoritate *Chronici montis ſereni, Clauderi* & aliorũ, in quo tamen errant *Chytræus, Albinus, P. M. Sagittarius, Reuſnerus, Mollerus, Rempius, Spangenbergius, Fauſtus,* qui omnes 27. ponunt, magis vero *Henningeſius,* qui Tom. III. Geneal. p. 15. diem 27. Octobris inculcat. De anno vero, quem indicavimus, certiores nos reddit *Chronici montis Sereni Autor* p. 136. ad annum 1220: *Tidericus Miſnenſis & Orientalis Marchio, Filius Ottonis, Filij Conradi Marchionis Senioris obiit XIII. Kal. Mart. ſepultusq; eſt in Cella juxta Patrem ſuum.* Vetus *Scriptura* Cellæ in Choro Sacelli olim lecta, & a *Fabricio* deſcripta: Item leit hie begraben/ Marggraff Diethrich/ein Graff von Weyſenfels / und auch Margraf Otten des Stiffters Sun/ der geſtorben iſt nach Criſti Geburt MCC. und in dem XX. Jar mit ſeiner Frowen Joetten/ di eins Landgrafen in Döringen Tochter geweſt iſt/ mit etlichen iren Kindern und jungen Fürſtin/ die jung geſtorben ſind. Et Sole clarius ex paulo poſt adducendo Juttæ & Ludovici Landgravii diplomate liquet, *illum a. 1221. jam fuiſſe demortuum, quia pro remedio animæ ipſius hoc indulgere privilegium teſtantur,* de hinc in fine additur; *XV. Calend. Aprilis in tricenario (triceſimo) die pie memoriæ Miſnenſis & Orientalis Marchionis Theoderici,* ubi ſimul luculentiſſime *dies emortualis* (17. Febr.) confirmatur, quem pariter tradit *Chronici montis* Sereni Autor. Confirmant præterea indicatum a nobis annum emortualem *Albinus* in Chronico Miſnenſi ad Annales Lauterbergenſes provocans, Tit. 22. p. 293. ac *Henningeſius* T. III. Geneal. p. 14. *Rempius Calendario Saxon.* p. 58. *Cyriacus Spangenbergius* in Chronico Hennebergenſi p. 104. *Peccenſteinius* de Marchionibus Miſnenſibus p. 7. a. *Chytræus* in Chronico Saxoniæ p. 53. *Clauderus* Stemmate Wittik. p 230. C. Sagittarius in Hiſtoria Luſatica §. 36. *Brunnius* in Triade Electorali p. 184. qui annum emortualem quoque 1220. referens, Fabricii inſuper addit epitaphium ipſi ſcriptum, cujus hæc ultima:

Communem *in Cella* tumulum cum conjuge *Jutta*
Maturo nondum morte peremptus habet.

Errant

Errant ergo illi, qui mortem ejus ad annos 1221. 1222. 1223. & 1225. referunt. Ad annum 1221. minus recte *Antonius Weckius* videtur illã reſtringere ex verbis ultimis ſuperioris diplomatis concludens, *hoc anno, quo datum, fuiſſe demortuum*, cum potius illa verba *anniverſarium ejus reſpiciant*, hæcque verba etiam 12. annis poſt mortem ejus pronunciata recte ſe habeant, nempe trigeſimo die poſt diem ſuum emortualem, 17. ſcilicet Februarii. Vix enim eſt credibile, tam brevi temporis ſpatio *ex Thuringia advolaſſe Ludovicum*, omnia ratione homagii per totam Miſniam & Luſatiam jam diſpoſuiſſe, diſpoſitaque perfeciſſe, & præ aliis nunc modo res Monachorum Cellenſium tractaſſe, præſertim cum teſtetur *Spangenbergius*, eo tempore, quo obierat Theodericus, Ludovicum degiſſe Wurzburgi, ut adeo temporis ratio curatius penſitata hoc plane non admittat. *Peculiari inſuper Sigillo* uſa fuit in hoc diplomate *Jutta*, quod ſane in hac temporis anguſtia vix confici potuit, taceo alia. Et cum *diem* recte tradiderit *Chronici Montis Sereni Autor*, eum ne in anno erraſſe accuſemus? illum cum die non obſcure eodem tradente diplomate. Sed eundem errorem jam ante illum errarunt Autor Hiſtoriæ de Landgraviis Thuringiæ cap. 37. p. 923: *Eodem anno (1221.) Theodoricus, Marchio Myſenenſis, Maritus Dominæ Juttæ, Sororis Domini Ludovici, obiit:* Et *Autor vitæ Ludovici* Lib. 3. Cap. 3. ita ſcribens: In demſelbin vorgeſchrebin Jahre (1221.) an deme erſten Tage des Hornungs (& hic rurſus latet error) ſtarb der edele Marggrave Dytterich von Mißen/ der da hatte Frowen Jutten/ Landgraven Ludewigis Schweſter/ derſelbe Marggraffe Ditterich ſatzte Landtgraven Ludewigin by ſynem lebenden Libe ſynem Sone zu eygnem Vormunden durch ſteticheid unde veſtin Glauben/ den her an yme erkante. Quos ſequitur Dn. *Tentzelius* Supplement. II. Chron. Goth. p. 50. Alii vero ad annum 1222. mortem ejusdem referunt, in quibus ſunt *Georgius Fabricius*, in Origin. L. 6. p. 568. ſcribens: *Obiit hic Princeps afflictus ſupra milleſimum ducenteſimum vigeſimo ſecundo: ſepultus in Cella ad Patris Othonis tumulum XIII. Cal. Mart*; Et in *Annalibus* Urbis Miſnæ ad annum 1222. p. 36. quem magno numero, & confidentiſſime, ut ſolent, ſecuti ſunt *Petrus Albinus* Tit. 20. p. 262. Miſn. Chron. quamvis Tit. 22. p. 293. ad *Annales Lauterbergenſes* provocans annum pariter 1220.

tradat, minus recte vero diem, 27. ſcilicet Febr. *Laur. Peckenſtein*, ut ſupra jam monui, in Theatr. Sax. p. 20. G. P. *Hœnnius* in Genealogia Wittikindea, *Spenerus* in Sylloge Genealogica Hiſtorica p. 3 6. *Andr. Möllerus* Chron. Friberg. p. 162. *Reuſnerus* in Stemmate Wittikindeo p. 32. *Schneiderus* in Chronico Lipſienſi p. 408. *Schmidius* Chron. Cygn. p. 122. *Fauſtus* in Geneal. Saxonica p. 124 *Paulus Martinus Sagittarius* in Programmate de locis ſepulchralibus Ducum Sax. Annum rurſus 1223. ſuppeditat *Scriptura* olim a Fabricio in Cœnobio illo lecta, quæ ita habuit: *Theoderico huic, Othonis Filio, de terra Sancta repedanti Imperator Henricus inſidias poſuit propter mineralia in Friberga, quæ ſibi Imperator volebat aſciſcere. At Theodericus lagena incluſus, navigio caute impoſitus, & ſic evaſit manus Imperatoris. Huic Lipſ duobus annis rebelliſavit, periit toxico, Phyſico ſuo centum marcis argenti conducto (fundavit Thomanum in Lipſic) in Cella ſepultus Anno Domini: MCCXXIII.* Annum denique 1125. obtrudere nobis videtur Chronici veteris Miſnenſis Autor, Lipſienſes præterea de propinato veneno accuſans, ſcribensque: Anno XII. hundert XXV. kamen die von Leipzigk überein mit des frommen Marggrafen Tithrichs Artzt umb hundert Marck Silbers/ihrem Herrn zu vergeben/gaben ihm von ſtund ein halb hundert Marck heraus/da tödtet ihn der Artzt mit einem Tranck/liegt zu der Zell begraben. Vidit hanc diſcrepantiam Excell. Dn. *Lairitzius*, hinc non potuit non indicare eandem in Palmeto ſuo p. 210.

§. 32.

Locus ſepulturæ à citatis autoribus uno quaſi calamo affirmatus, certior præterea ex Monumento ejusdem, quod in Sacello Cellenſis Cœnobii accepit, hodieque lapidi inciſum ibidem viſitur, redditur, cujus delineationem æri inciſam & hic exhibemus.

Quo habitu tunc inceſſerit Marchio, non ſolum B. L. docebit additum Monumentum, ejusdemq; deſcriptio ſupra jam p. 25. & 26. allata; ſed & ex nummis ejuſdem quadantenus cognoſcitur, quorum icones & hic adjicimus, intuentibus & nomen & Titulum, quamvis

non

TIDERICI AFFLICTI MONUMENTUM.



non totum, ſcilicet, vel ThEODERICUS MARCHio, vel ThEOdericus DEi GRACIA MARCHIO, ſiſtentes.

§. 33. An. M.CCXXI. Jutta, Theoderici Marchionis conjux & Henrici Illuſtris Mater, Henricus Filius, & Ludovicus Landgravius Thuringiæ, Landgraviæ tutor, confirmant Monaſterii Cellenſis ſubditis Privilegium de non ſolvendo teloneo, exemptione de conſvetis oneribus Provincialibus, reſtricta Advocatorum potentia, ſolutioneque mulctæ.

In majorem fidem ipſum dignum lectu ſubjiciam Diploma:

J. (Jutta) Dei gratia Miſnenſis & Orientalis Marchioniſſa, H. (Henricus) Filius illius, eadem gratia Miſnenſis & Orientalis Marchio, *& L. (Ludovicus)* Lantgravius Thuringie & Palatinus Comes Saxonie *omnibus preſentem paginam inſpecturis ſalutem in perpetuum. Univerſis hanc cautionem* (Verſicherungs-Schein) *reſpecturis innoteſcere decrevimus, quoniam pro* remedio anime dilectiſſimi noſtri pie memorie Marchionis Theoderici Cœnobio Cellenſi *libertatem talem indulſimus, videlicet ut homines eidem eccleſie pertinentes* in omnibus foris Miſnenſis & Orientalis Marchie, que ſibi neceſſaria fuerint ad tegumentum & alimentum abſque theloneo comparare permittantur. Si autem emere aliqua voluerint, ut carius vendant, perſolvent theloneum. Nec Advocatus de Dobelin, aut de Libeze, vel de Wriberch, (Freyberg) ſive de Miſna in villas abbatie venire preſument, nec de vocatione Abbatis, tantum de furtis, homicidiis, & membrorum mutilatione, ſtuprique violentia judicaturi. *Quibus*

neceſſaria providebunt ſolum illi, propter quos eos accerſiri contigerit, eisdem etiam hominibus, ut ab omni exactione, que in provincia emerſerit, liberi & exempti habeantur, conceſſimus. Rerum autem quas prefati judices vel advocati tempore judicii rationabiliter acceperint, partes duas Monachis Cellenſibus, tertia parte in jus Marchionis cedente aſſignabunt. *Verum ut hec ſollempnis actio temerari & convelli nequeat, eam in ſcriptum redigi fecimus, quando ſigillorum noſtrorum appenſione corroboravimus. Hujus rei teſtes ſunt* Hildebrandus, *Capellanus*, Ulricus *Notarius*, Meinherus, *Prefectus de Miſna*, Heinricus *Prefectus de Donin, & Filius ſuus* Otto, Albertus, *Burggravius de Aldenborch*, Albertus *Burggravius de Dewin*, Volradus *de Landesberch*, Hartwicus *de Miſna*, Bertholdus *antiquus villicus de Roſewin, & alij quam plures. Acta ſunt hec anno incarnationis Domini MCCXXI. indictione nona XV. Kal. April. in tricenario pie memorie Miſnenſis & Orientalis Marchionis Theoderici.*





§. 34.

Anno MCCXXIV, Bruno, Præſul Miſnenſis, & Ludigerus, Abbas Cellenſis, de agris contendunt, ad cujus litis diremtionem arbitri electi fuere Ludovicus, Thuringiæ Landgravius, Engelhardus Numburgenſis, & Conradus Hildesheimenſis, Præſules.

Fabric. in Annal, Miſn, p. 36.

§. 35.

Eodem ao. (MCCXXIV.) Henricus, Rex Romanorum, Privilegium Monaſterio Cellenſi conceſſit, bona ac feuda Imperialia ſine ſpeciali conceſſione cöemendi, & alia cum illis commutandi.

In hujus rei fidem ipſum affero Diploma Imperatoris, ob res nonnullas memorabiles luce non indignum.

IN nomine Sancte & individue Trinitatis *Heinricus Dei gratia Romanorum Rex, & ſemper Auguſtus, Celle Sancte Marie in perpetuum.* Ad hoc, divina diſponente providentia, ad Regni gubernacula nos credimus ſublimatos, ut ſervorum Dei in temporalibus ſubſidiis, utilitatibus, regia liberalitate conſulamus & propenſiori cautele diligentia privilegiorum noſtrorum confirmatione proſpiciamus. Inde eſt, quod omnibus Imperii fidelibus conſtare volumus, quod nos petitioni domini *Abbatis & Fratrum de Cella Sancte Marie, Ciſtercienſis Ordinis, Miſnenſis Diœceſis* ſatisfacientes, ob *reverentiam intemerate Virginis Deique genitricis Marie, Monaſterium ipſum cum omnibus hominibus & poſſeſſionibus, quas in preſentiarum canonice poſſidet, & in futurum juſtis modis poterit adipiſci, in noſtram & Imperij protectionem, & ſpeciale patrocinium ſuſcipimus, & bona ipſa cum ſuis pertinentiis imperiali auctoritate confirmamus.* Inſuper & *pro remedio anime noſtre parentumque noſtrorum ac Succeſſorum noſtrorum, Imperatorum ac Regum,* hanc eis gratiam & licentiam indulſimus, *ut quascunque poſſeſſiones in agris videlicet, vineis, pratis, ſilvis, aquis, ſtagnis, paſcuis, terris cultis, vel incultis, a quacunque*

que perſona libera, ſive miniſteriali Imperij titulo donationis, emptionis, ſive concambij idem Monaſterium de bonis Imperij, ſive de proprietatibus fidelium Imperij obtinuerit, non requiſito ſuper hoc ſpeciali aſſenſu Imperij licenter recipiat, & noſtre Majeſtatis auctoritate in perpetuum ſine omni prorſus contradictione quiete poſſideat. Ut autem hec noſtra donatio rata, & inconvulſiva in perpetuum valeat permanere, preſentem paginam exinde conſcriptam Sigilli noſtri appenſione fecimus communiri. Hujus rei teſtes ſunt venerabilis Pater *Conradus*, Portuenſis & Sancte Rufine Epiſcopus, Apoſtolice ſedis Legatus, *Theodericus*, Treverenſis Archi-Epiſcopus, *Engelbertus*, Colonienſis Archi-Epiſcopus, *Gebehardus*, Epiſcopus de Bazzowe, *Siffridus* Epiſcopus de Owesburch, *Lodewicus*, Dux Bawarie, *Lodewicus*, Langravius Thuringie, *Cunradus*, prefectus de Nurinberch, *Gerhardus*, Comes de Dits, Magiſter *Hermannus* de domo theutonica, *Anshelmus*, Marſalcus de Juſtin, *Heinricus* dapifer Regis, *Ludolphus* de Allerſtede, *Rudolphus*, pincerna *Langravij* (de Varila ſcilicet) *Albertus* Smelinc, *Cunradus* de Steinbach, *Ulricus* de Maltiz, & alii quam plures. Acta ſunt hec in *Nurinberch*, Anno ab incarnatione Domini milleſimo ducenteſimo XXIIII. indictione XII. X. Kl. Auguſti feliciter Amen.

Ubi hoc adhuc obſervo, literas has me debere apographo, quod Joh. Otto N. P. C. fecerat, cujus ſub finem hæc verba erant adjecta: Literas has Joh. Otto N. P. dedit Mich. Rudelio Dreſdæ 1589. & nunc habet Chriſt. Brehm, qui eas reddidit Archivo Electorali anno 1653. in quo ergo hodie eſt inveniendum.

§. 36.

Non diu poſt (&, ut quidam volunt, 1229.) Jutta (Guta, Juditha) Conjux Dieterici, Filia Hermanni Langravii Thuringiæ, ejusque liberi ſex (1.) Dietericus, (2.) Otto, (3.) Conradus, qui utrique 1219. obierunt, (4.) Jutta. (5.) Hedwig & (6.) Sophia in pueritia & infantia demortui, ſepulturam Cellæ juxta nonnullos invenerunt; nos Dietericum & Conradum excipimus.

Affirmat hoc *Scriptura vetus Cellenſis*, quam ſuperius §. 30. p. 40. adduximus, *Albinus* Chron. Miſn. T. 22. p. 293. *Brunnius* in Triade

Electo-

Electorali l. c. *Paul. Mart. Sagittarius* in Programmate de locis ſepulchralibus Ducum Sax. Lit. A. 2. Si diplomati vero cuidam, mihi alibi memorato, fides habenda, illa adhuc 1229. vixit, quamvis eodem adhuc etiam vitæ nimium abſolvere potuerit. Henninges Geneal. T. 3. p. 14. Juttam 3. Idus Januar. Sophiam vero 16. Cal. April. non additis annis, obiiſſe memorat. Unde vero Nobiliſſ. *Dn. Hœnnius* in Geneal. Wittik. hauſerit, *Sophiam* hanc poſteriorem (quæ ab aliis Scriptoribus in pueritia exſpiraſſe memoratur,) nupſiſſe Landgravio Thuringiæ, hactenus indagare non potui, quique tradit pariter, *Ottonem & Conradum* an. 1219. morte oppetiiſſe, cum alii in pueritia eoſdem obiiſſe ſcribant, in quibus ſunt Fabricius O. S. p. 568. Lairitzius p. 211. Peccenſtein de Marchionibus p. 7. Clauderus p. 20. Fauſtus p. 25. Neque crediderim *Theodericum*, quem *Henningeſius*, *Fabricius*, *Peccenſtein*, *Albinus*, in pueritia falſo obiiſſe ſcribunt, Cellæ ſepultum, ſed potius eum *Epiſcopus Numburgenſis*, & non *Auguſtanus*, ut Fauſtus p. 125. minus recte refert, fuerit, *Numburgi*, & non, Beiero in Geographo Jenenſi c. 10. p. 216. prodente, in Monaſterio *Boſavienſi* ad Cizam anno 1243. humatum fuiſſe. Nam cum in anno erret, & ex Langio p. 807. conſtet, eum adhuc 1258. vixiſſe, omnino cum *Paulo Langio* facimus, qui p. 802. ita de ipſo: *Iſte autem Theodericus non in Bazowe apud nos, ſed Nuenburg humatus eſt: nullius ſiquidem Epiſcopi præter fundatoris noſtra continet Eccleſia corpus.* Præter enim quod *Albinus* quoque in Chronico Miſnenſi p. 285. *Dreſſerus* Millen. VI. P. II. p. 258. *Clauderus* in Stemmate Sax. p. 19. *teſtentur*, eum Epiſcopum Cizenſem & Numburgenſem egiſſe; firmiſſimum id quoque reddam ex diplomate quodam *Henrici illuſtris Marchionis*, anno 1240. die 4. Junii (pridie Non. Junii 3. indictione) Miſnæ conſcripto, in quo confitetur, ſe ad petitionem Kariſſimi Fratris ſui (in diplomate noſtri) *Theoderici, Nuenburgenſis Epiſcopi*, 3. Manſos cum omni utilitate in veteri Belgora tradidiſſe *Eccleſiæ S. Otmari ibidem*, teſtibus ibidem adductis & laudatis, *Henrico*, Miſnenſi Epiſcopo, *Jordano* Plebano, de Uxorenveltemoven, *Meinhero* plebano de Grimma, *Conrado*, Plebano in Oppido Belgern, *Ulrico*, de Pack, Mag. *Alexandro*, Curiæ Notario, *Ulrico* de Khirchberg, Ulrico de Alaber, Conrado de Bychowe. Quod vero alterum ex illis filium

Henri-

Henricum, Præpoſitum Cathedralis Eccleſiæ Miſnenſis, concernit; illum Miſnæ potius quieſcere autumamus. Conf. Annales Miſnenſes Fabricii p. 36. Spangenb. Chron. Mansf. p. 298. b. Clauderus p. 20. Bucelinus Germ. Sancta p. 61. Reuſnerus S. W. p. 33.

§. 37.

Anno MCCXLII. die 7. Julii in vivis eſſe deſiit Conſtantia, Leopoldi VIII. Auſtriæ Ducis, cognomine glorioſi, Filia, Friderici vero Ducis ſoror, uxor Henrici illuſtris Marchionis prima, cum qua nuptias die 1. Maii anno 1234. prope Viennam teſtib' Jacobo Præpoſito, Cuſpiniano, Reuſnero, Hœnnio, Fabricio, celebraverat, in veteri Cella ad latus Mariti ſepulta.

Quemadmodum annus, quo in matrimonium duxit Henric', Marchio, Conſtantiam, certiorem reddere poſſum ex diplomate Dobrilugenſi, quod eidem Cœnobio Henricus anno 1234. XI. Cal. Aug. Torgæ dedit, in quo inter alia: *& in animæ noſtre ac conjugis noſtre ſalutem*; ex quo patet, eandem jam in uxorem habuiſſe; ita vellem, ut annum emortualem certum poſſem conſtituere. In *loco quidem ſepulturæ* omnes conſentiunt, & ex Monumento Cellenſi, infra ad annum 1287. adducendo, perſpicuus is magis redditur, inque *die emortuali Albinus, Mollerus, Fauſtus, Rempius, Clauderus, Reuſnerus, Tentzelius, P. M. Sagittarius*; præter quod *Henningeſius* diem 9. Julii & *Fabricius* diem 5. Junii reponant; in *anno* vero, ut dixi, mirum in modum variant Scriptores. *Annum 1243.* ex certis Documentis, & quod ultra 9. annos poſt nuptias non vixerit Conſtantia, vult evincere *Weckius* Chron. Dreſd. p. 105. Sed cum Documenta non addiderit, merito calculum addere detrectamus. Annum vero ſequentem 1244. indicat *Clauderus* Stemmate Sax. p. 22. cui conſentit Nobiliſſ. Dn. *Tentzelius* Supplem. II. Goth. p. 599. & *Hoennius* in Geneal. Wittik. adducti præcipue quorundam Autorum relatione, perhibentium, Henricum quarto poſt *Conſtantiæ* mortem anno ad ſecunda tranſiiſſe vota, quod ita propemodum contingeret. Alii, rurſus & horum non pauci annum demum 1262. inculcant, in quibus ſunt

Fabri-

Fabricius Origin. Sax. Lib. VI. p 377. eam Nonis Junii dicto anno 1262, obiiſſe dictitans, Autor Scripturæ veteris in Cella olim lectæ & ad obitum Henrici referendæ. *Brunnius* in Triade Electorali p. 195. *Henningeſius* T. III. Geneal. f. 14. & Part. I. f. 260. *P. M. Sagittarius* in de locis ſepulchralibus Ducum Saxoniæ Lit. A. 2. *Fauſtus* Stemmate Sax. p. 127. *Sagittarius Hiſtoria* Luſat. §. 37. & 38. *Lairitzius* Palmeto p. 213. *Reuſnerus* Stemmate Wittik. p. 33. Rempius Calend. Sax. p. 188. Nunc, cur nos annum 1242. ſelegimus, dicemus. Habemus primo hunc conceptis verbis tradentem *Albinum*, & quidem ex Mortuologio in Chronico Miſnenſi Tit. 22. p. 293. ita: Conſtantia, Marggraffens Heinrichen des Erleuchten/welcher Dietrichen Sohn geweſen/erſtes Gemahl/Hertzogs Leipolds von Oeſterreich Tochter/ welche geſtorben im Jar 1242. den 7. Julii. In quo dehinc eum ſequutus diligentiſſimus Patriæ Hiſtoriæ Scriptor *Andr. Mollerus* in Chron. Frib. Annalibus p. 15. Sane, ſi diem emortualem recte nobis dedit, in quo multi conſentiunt, cur annum falſo indicaſſe credamus? ſique Alberti, Ottonis Filii, annum pariter emortualem verum nobis detegit adverſus multos contra ſentientes, quod ſupra monuimus, cur in hoc ipſi non fidamus? cumprimis cum paulo ante ipſe teſtetur, ex mortuologiis & Annalibus hæcce ipſum hauſiſſe. Ut adeo potius credam, craſſum hunc errorem Chronologicum ortum ex incuria alias non infrequenti vel ſcriptoris, vel pictoris, numerum denarium X. tranſponentis, & cum ante L. ponere debuiſſet ita: MCCXLII. poſt literam L. repoſuit eundem, ut ita MCCLXII. emerſerit, quicquid inſuper ſit de Scriptorum relationibus, qui quarto poſt mortem primæ uxoris anno de novo ipſum contraxiſſe nuptias affirmant.

§. 38.

Circa hæc tempora (MCCLX.) Monachus in veteri Cella vixit, nomine Conradus de Friberg.

Hujus Monachi meminit Andreas Mollerus in Chronici Fribergenſis Annalibus p. 20. eiq; debet relationem peregrinationum ad formoſam Mariam, quæ olim Freibergæ religioſe admodum fuit culta, quæque multis miraculis inclaruit, de quo ibidem pluribus legendus eſt.

§. 39.

Anno MCCLXVII. Matthias Abbatem Cellenſem egit.

Teſtis enim hic citatur cum *Abbate de Porta* in Diplomate, quo *Fridericus, Marchio de Landsberg,* bona omnia, quæ Abbas Cœnobii Dobrilugenſis in ſuo territorio poſſedit, confirmavit. Et quid vetat, quo minus id & hic legamus.

NOs Theodericus, Dei Gratia *Marchio de Landisberg, omnibus in perpetuum &c. Noverint - quod nos ob reverentiam nominis Jheſu Chriſti, nec non in* remiſſionem omnium peccatorum pie recordacionis genitricis noſtre, & pro remedio carorum noſtrorum *omnium, omnia bona noſtri Dominij Monaſterio de Dobirlug à noſtris progenitoribus, vel quibuscunque fidelibus, hactenus ſunt collata, preſentis Scripti teſtimonio confirmamus &c. & impresſione noſtre ymaginis communiri cum aſſertione teſtium ſubſcriptorum, quorum nomina ſubſequuntur, Dominus* Albero, *Abbas de Porta,* Dominus Matthias, Abbas de Cella, Otto, *nobilis de Arnshouge,* Heidenricus, *Decanus Merſeburgenſis,* Thimo *de Otolvesdorf. Datum Anno Domini MCCLXVII. IIII. Idus Maij.*

§. 40.

Anno MCCLXVII. idibus Septembris (13. Septembr.) vivere deſiit Agnes, Ottocari Bohemiæ Regis Filia, Wenceslai Soror, Henrici illuſtris, Marchionis Miſnenſis, uxor altera, ipſi, teſte Autore de Landgraviis Thuringiæ, anno 1249. matrimonio juncta, in Cœnobio Vetero-Cellenſi ſepulta.

De loco ſepulturæ, quæ Cella fuit, res confecta apud omnes eſt Scriptores, & Monumentum Cellæ olim lectum & infra ad annum 1287, Henrici illuſtris emortualem, memorandum id clare teſtatur, in die vero & an. non parum inter ſe diſcrepant, quos ordine audiemus. Eundem, quem indicavimus diem (13. Sept.) tradunt *Siffridus Presbyter, Annales Thuringici, Chronicon Iſenacenſe, Fabricius,*

Reuſne-

Reuſnerus, P.M.Sagittarius, Albinus, Henningeſius omnes, præter Dn. Hœnnium, qui in Geneal. Wittik. 12. Sept. & Scripturam veterem in Cœnobio Seuſelizenſi olim lectam, quæ 7. Octobris indigitat hiſce: AGNES MARCHIONISSA FUNDATRIX MONASTERII (Seuſelitzenſis) OBIIT VII. OCTOBR. Annum è contra ſequentem 1268. ſuggerunt nobis *Autor de Landgraviis Thuringiæ* p. 930: *Eodem anno* (MCCLXVIII.) *Agnes Marchioniſſa Myſnæ vidit in ſomniis Angelum ſibi propinantem in ſcypho aureo vinum amarum, & poſtea in brevi defuncta eſt;* itemque Chronicon vetus Thuringicum hiſce: Als man ſchrieb MCCLXVIII. ſtarb Frawe Agneße/Marggrafinne zu Miſſen. Autor Additionum ad Lambertum Aſchaffneburgenſem p. 259: *Ipſo etiam anno (1268.) Marchioniſſa Agnes de Miſnia defuncta eſt. Fabricius* in Annal. Miſnenſibus ad h. a. (1268.) p. 43. contradicens ſibi in Originibus. *Albinus* in Chron. Miſnenſi p. 293. P. M. Sagittarius in de locis ſepulchralibus Lit. A. 2. Mollerus Annal. Freiberg. p. 24. *Henningeſius* T. III. Geneal. f. 14. *Binhartus* Chron. Thur. p. 183. *Fauſtus* Stemmate Saxon. p. 129. *Clauderus* Stem. Saxon. p. 23. *Rempius* Calend. Sax. p. 256. *Hœnnius* Geneal. Wittik. Sed in decem annos longius ejusdem mortem rejicit *Antonius Weckius* Chron. Dreſd. p. 105. a. & quidem vi Diplomatis, quod inveniſſe ſe ſcribit, quoque hoc ipſo anno Henricus illuſtris *Agneti* Menſe Septembri anniverſarium in Monaſterio Cellenſi conſtituit. Quaſi vero id eo, quo demortua fuit, anno, factu fuerit opus, & non ſubſequentibus etiam fieri potuerit in illo Cœnobio, certe cauſæ nihil videmus. Eadem eſt concludendi ratio: Henricus illuſtris in Diplomate, anno 1271. dato, *eandem Agnetem bonæ memoriæ* nominat, ergo, hoc ipſo ſtatim anno abiit ad plures. Ut taceam, *Henricum illuſtrem,* quod ex alio Diplomate mihi innotuit, ipſi jam anno 1270. anniverſarium in Eccleſia Cathedrali Miſnenſi ordinaſſe, annoque 1271. conjugis Agnetis ſuæ recolendæ memoriæ ergo nonnulla bona Monaſterio Cellenſi donaſſe, de quo & infra; imo eodem 1271. anno IIII. ydus Novembris bona omnia in Schackaw, quæ Henricus, Marchio, olim titulo Caſtrenſis feudi poſſederat, pro octoginta marcis argenti Monaſterio Dobrilugenſi vendidit, & in feudum commiſit ab omnibus oneribus libera, & quidem ob remedium animæ ſuæ ac dilectæ

 quon-

quondam ſuæ conjugis Dominæ Agnetis bonæ memoriæ. Ut adeo liquidiſſimum ſit, illam jam anno 1270. fuiſſe in demortuis. Annum vero 1267, quem indicavimus, non ſolum ſuppeditant *Siffridus Presbyter, Annales Thuringici,* atque ex his *Fabricius* Origin. Saxon. p. 577. *Reusnerus* Stemmate Wittik. p. 33. *C. Sagittarius* in Hiſtoria Luſatica §. 37. *Bangius* Chron. Thur. p. 103. *Lairitzius* p. 213. ſed & certus redditur per *Diploma fundationis Monaſterij Seuſelitzenſis* anno 1268 Dreſdæ die 12. Novembris conſcriptum, quodque alibi exhibebimus B. L. integrum, in quo inter alia hæc: *Hoc ſaltim remedio conſulere ſaluti noſtre decrevimus, ut in novella ſancte congregationis plantatione, Deo juge ſervitium, nobis & chariſſime uxori noſtre, Agneti bone memorie, nunc defuncte, ac progenitoribus noſtris perrenne orationis ſuffragium procuremus.* Credibile non eſt præterea, nec conſveta lugendi ratio concedit, illa die 13. Septembris demortua *ejusdem ſtatim memoriæ* ergo die 12. Novembr. *Seuſelitzij conſtruxiſſe Cœnobium,* aut, ſi incœptum jam fuiſſet, *perficere tantilli temporis ſpatio cousque potuiſſe, ut ad perfectionem perductum* Clauſtrum literis fundationis & reditibus ſufficientibus jam habuerit opus. Longius & minimum añuum temporis ſpatium omnino ad id requiri videt quilibet, præſertim cum Martinus Pontifex in Confirmatione fundationis, anno 1281. die 7. Maji conceſſa dicto Cœnobio, clare afferat, toties laudatum *Seuſelitzenſe Monaſterium* juxta piam diſpoſitionem *ſaltem quondam Agnetæ uxoris ſuæ, pro ſuorum & ejusdem uxoris ac parentum ſuorum peccatorum remedio, ab Henrico fuiſſe inſtitutum.*

§. 41.

Henricus Marchio an. MCCLXXI. ob remedium animæ ſuæ, & dulcis conjugis, Dominæ Agnetis, memoriam recolendam, ut habet diploma, & ad honorem Dei & glorioſæ Virginis Mariæ Monaſterio Cellenſi aliquot bona tradidit.

§. 42.

Eodem anno MCCLXXI. idem Marchio confirmavit contractum inter Rudegerum de Schachowe & Abbatem Conventumque Monaſterii Cellenſis, qui ab illo ſex manſos &

& ortum unum, ſitos in villa Tragen, ſolventes ſingulis annis 7. marcas argenti & novem ſolidos denariorum annui cenſus, pro 118. marcis argenti emerant.

Utrumque debeo diplomati, quod Fribergæ hoc anno (1271.) erat confectum, & hos teſtes citabat: *Witigo, Miſnenſis Epiſcopus, Gebehardus, Prepoſitus in Hayn, noſter Protonotarius, Johannes de Withyn, Burggravius, Henricus de Waldowe, Henricus, Camerarius de Genantſtein, Guntherus de Slatheim, Heinricus de Syden.*

§. 43.

Anno MCCLXXVII. menſe Septembri Henricus Illuſtris, Marchio Miſnenſis, Agneti conjugi anniverſarium (ut vocabant) in Monaſterio Cellenſi conſtituit.

Videatur Anthon. Weckius Chron. Dreſd. p. 105.

§. 44.

Anno MCCLXXVIII. Henricus illuſtris, Marchio Miſnenſis, prævidens, poſt mortem ſuam controverſiam moturum Albertum, ſeniorem filium, Friderico parvo, filio ſuo alteri ex Eliſabetha Maltitzia progenito, de hereditate & Ditione Dreſdenſi, huic ergo ut occurreret incommodo, & matri & filio per Cæſarem, Rudolfum, Principalem dignitatem aſſerere curavit certo diplomate, in caſtris ad Znaim die 4. Januarii 1278. conſcripto, illudque, ne ab Alberto ſupprimi poſſit, apud Abbatem in veteri Cella ejusque Monaſterii Archivo, referente Weckio in Chronico Dresdenſi p. 159. ſeq. depoſuit, ubi poſt plurimorum annorum decurſum demum repertum fuit, dignum, quod & hic legatur, utpote per Monaſterium hoc ipſum ad poſteros conſervatum.

R*udolfus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus*, Univerſis Imperii Romani fidelibus preſentes litteras inſpecturis in per-

 petuum;

petuum; dum Sacri Imperii Principum, per quos idem Imperium, tanquam baſes egregias, ſuſtentatur, in his ſpecialiter, que ad ſolam majeſtatem Regiam pertinent, peticiones & vota benigni favoris applauſu complectimur, regalis excellencie decus attollimus, & eosdem Principes ad devotionem ipſius Imperii fervencius excitamus. Noverint igitur univerſi tam poſteri, quam preſentes, quod nos pure fidei ac ſincere devotionis inſignia, *quibus Illuſtris Henricus, Marchio Miſnenſis,* Princeps noſter dilectus, nos & Romanum veneratur Imperium, claro noſtre Majeſtatis intuitu graciosius intuentes, ac proinde ſuis deſideriis, que rationi conveniunt, voto promptitudinis dignum ducentes occurrere, devotis ſuis ſupplicationibus inclinati, *Elizabeth, legitimam thori ſui conſortem, Fridericum natum legitimum, utriuſque & univerſos liberos, ſi quos ab eisdem parentibus procreari contigerit, in futurũ ab omni ſervilis ſeu miniſterialis conditionis reſpectu de plenitudine Regie poteſtatis eximimus, & ipſos Ingenuitatis ac liberi partus honore & titulo perpetuo inſignimus, volentes eos ſic ſemper in antea in Ingenuorum & Nobilium ſorte & numero recenſeri,* ac ſi de ventre libero nati eſſent; *Ita quod ad ſucceſſionem bonorum fœdalium & aliorum quorumlibet pari forma ſicut ingenui & nobiles admittantur, & univerſaliter omnibus juribus, libertatibus, dignitatibus, honoribus, conditionibus, quibus Ingenui a ſacris ſunt legibus & approbatis conſvetudinibus inſigniti, in perpetuum ex donatione Regia gaudeant jure.* Ex premiſſis itaque *prefato Friderico, ac ceteris liberis Marchionis predicti,* ſi quos ipſum *in antea ex predicta Elizabeth procreare contigerit,* favorabiliter indulgemus, concedimus, & donamus, *ut bonis Marchionis ipſius, poſſeſſionibus, terris, dignitatibus, & certis juribus quibuscunque, quo poſſint & debeant jure ſuccedere, ac ſi de partu & ventre libero nati eſſent. Et ut hec gratie noſtre permiſſio ſingularis, quam ex certa ſcientia fecimus,* perpetue robur obtineat firmitatis, preſens ſcriptum exinde conſcribi & Majeſtatis noſtre Sigillo juſſimus communiri. Datum apud Znoymam II. Nonas Januarii jndict. VII. Anno Domini milleſſimo. CCLXXVIII. Regni vero noſtri anno ſexto.

§. 45.

Anno MCCLXXIX. die II. Nonas Julii Burchardus Abbas Cellenſis, ſubſcripſit in fidem diplomati Epiſcopi Mers-

Merſburgenſis, quo ipſi jus conceditur viſitandi Moniales in Nimmitſch prope Grimmam.

In hanc rem ipſum ſubjicio diploma:

FRidericus D. G. Merſburgenſis Eccleſie Epiſcopus omnibus Chriſti fidelibus hanc paginam inſpecturis S. in perpetuum. Quoniam labilis eſt hominum memoria, ne ea, que fiunt rite, ab hominibus in oblivionem deveniant, perennari ſolent patrocinio literarum. Notum igitur eſſe volumus tam preſentis quam futuri ævi ſucceſſoribus, quod cum inter nos & inter Capitulum noſtrum ex una, & Abbatiſſam & Conventum Monialium apud Grimmam ad thronum noſtre diœceſis ex parte altera diſſenſionis materia eſſet orta ſuper juribus Epiſcopalibus, que nobis & noſtre Eccleſie vindicavimus authoritate ordinaria in cœnobio memorato, poſt multas & varias diſceptationes hujus hinc inde habitas inſtituti ſumus per religioſum virum, Dominum Burckardum, Abbatem Cellenſem, Ciſtercienſis Ordinis Miſnenſis diœceſis, & quosdam alios tam religioſos, quam Seculares fide dignos, quod eedem Sanctimoniales temporibus venerabilis Patris & Domini Heinrici, Predeceſſoris noſtri, quondam Marsburgenſis Epiſcopi, felicis recordationis, ordini Ciſtercienſium fuerint incorporate, dicti Dni. Epiſcopi & Capituli Eccleſie Merſburgenſis bona voluntate & conſenſu unanimi accedente, & quod dicte Sanctimoniales bis incorporate ordini predicto omnibus Privilegiis & libertatibus ordinis temporibus predeceſſoris noſtri gaudebant, & uſe fuerunt pacifice & quiete, reſervatis tamen eidem predeceſſori noſtro & Eccleſie noſtre ſuisque ſucceſſoribus omnibus juribus Epiſcopalibus, que venerabiles Patres & Domini Miſnenſis & Numburgenſis Eccleſiarum Epiſcopi conſueverunt in Monaſteriis Ciſtercienſis Ordinis ſuarum diœceſium recipere & habere de jure communi, vel de conſuetudine probata, & antiquis temporibus obſervata. Sane, quia quod à ſæpe dicto Predeceſſore noſtro factum eſſe dignoſcitur in premiſſis, ratum & gratum habentes, ad inſtantiam diutinam venerabilis Patris & Domini Witegonis, Miſnenſis Epiſcopi, & Domini Heinrici, Illuſtris Principis Marchionis Miſnenſis, indulgemus & permittimus, habito ſuper hoc conſenſu totius Capituli noſtri, quod predicte Sanctimoniales ſint, & permaneant incorporate Ordini Ciſtercienſium cum omnibus juribus & libertatibus

ejusdem

ejusdem ordinis, hoc adjecto, ut tam nobis, quam noſtris ſucceſſoribus reſpondeant de juribus Epiſcopalibus, ut ſuperius eſt expreſſum. Ut autem premiſſa rata permaneant & perpetuo perſeverent, eandem literam ſuper premiſſis conſcribi fecimus, & Sigillo noſtro & Capituli noſtri in teſtimonium roborari. Datum & actum in Mersburg *Anno Domini MCCLXXIX. II. Nonas Julij Pontificatus noſtri anno XIII. preſentibus teſtibus venerabili* Witegone, Epiſcopo Miſnenſe, Domino Burchardo, Abbate Cellenſi, Ludolpho Prepoſito, *Cunebundo Decano, Magiſtro Gebehardo theſaurario Nüenburgenſis Eccleſie, Magiſtro Theodorico, Præpoſito Budeſinenſi, Magiſtro Danemaro, Theſaurario Marsburgenſi, Fratre Heidenrico, & Monachis Cellenſibus, Fratre Heinrico, Reichardo & Bartholomæo, Fratribus de Libenowe,* & aliis quã plurimis tã Eccleſiaſticis quã Laicis fide dignis.

§. 46.

Eodem anno (MCCLXXIX.) Heinricus, Richardus & Bartholomæus, Fratres de Libenowe, (Libenau) Monachos Cellenſes egerunt.

Videatur proxime præcedens Diploma ſub finem, ibidemque illos, ut teſtes, allegatos.

§. 47.

Eodem anno (MCCLXXIX.) Henricus Illuſtris, Marchio Miſnenſis, Burchardo Abbati Cellenſi & ejus Conventui pro jure Patronatus, ut vocant, in Parochiam Seuſeliz, quod Monaſterio Seuſelizenſi noviter a ſe fundato contulerat, conſenſu Miſnenſis Epiſcopi, jus Patronatus in Parochiam Donenſem aſſignavit.

In majorem hujus rei fidem ipſius *Burchardi, Abbatis Cellenſis,* Diploma B. L. ſiſto, pietatem & encomium ſingulare *Henrici Illuſtris, Marchionis memorati Miſnenſis, continens,* dignumque hinc, ut integrum hic legatur;

UNiverſis Chriſti fidelibus hanc literam inſpecturis B. (Burchardus) Abbas de Cella *totusque Conventus ibidem Deo deſerviens ſinceram*

in Do-

in Domino charitatem. Quia que in tempore fiunt, tempore corrumpuntur, unde acta temporum preteritorum literis roborantur. Hinc eſt, quod notum eſſe volumus univerſis, quod nobilis Princeps, Dominus Henricus, Marchio Miſnenſis, Eccleſiam Seuslitz de conſenſu Domini Miſnenſis Epiſcopi *nobis contulerat, quantum ad jus Patronatus perſonis idoneis, prout jus exigit, porrigendum. Sed poſtquam idem Princeps inſtigante ſe Spiritu Sancto juxta* eandem Parochiam Seuſelitz clauſtrum Dominarum Ordinis S. Clare *inſtituit, ut quieti Dominarum ibidem Domino famulantium in omnibus provideret,* predictam Parochiam *jam dicto Clauſtro Dominarum de noſtra voluntate & conſenſu plenario aſſignavit, conſenſu nihilominus* Dn. W. *(Witegonis)* Miſnenſis Epiſcopi *accedente,* ita tamen, ut idem Princeps, ut pote vir omnis Juſtitie defenſor & amator, *ut quod illis in emolumentum fecerat, nobis eſſe videretur detrimentū,* pro dicta Parochia in Seuslitz Parochiam in Donin commutavit, *ut videlicet predicta* Parochia in Donin *eo jure ad noſtrum* Cœnobium in Cella pertineat, *quo jure ante ad* Parochiam in Seusliz *pertinebat. Predictam autem commutationem, ſive Eccleſie in Seuslitz reſignationem, literis preſentibus & patentibus profitemur.* Hujus autem rei teſtes ſunt *Frater Johannes, Gardianus* in Dreßden/ Frater Gotſchalcus, Gardianus in Seuslitz, *Dominus Albertus, Dapifer de Burnis, Henricus & Johannes Fratres milites, Dith. de Siden, Fridericus Magiſter coquina, & alij quam plures fide digni.* Acta ſunt hec anno ab incarnatione Domini MCCLXXVIIII.

§. 48.

Anno MCCLXXXII. die 8. Febr. (& non 18. ut Clauderus vult) Dietericus, cognomine Sapiens, Heinrici illuſtris Filius, Marchio Landsbergenſis, Seuſelitzii morbo correptus, ac ibidem demortuus, Cellæ in Monaſterio ſepultus refertur ab Autore veterum Annalium Miſnenſium Lit. R. Petro Albino in Chron. Miſn. Tit. 22. p. 293. Fauſto in Geneal. Sax. p. 127. P. M. Sagittario in de locis ſepulchrali-

H bus

busDucumSax.Lit. A.2. Joh.Binharto inChronico Thuringiæ addita Genealogia p. 204, qui tamen in Seuſelitzenſi Monaſterio fuit conditus.

Eundem quidem diem & annum emortualem tradunt *Autor de Landgraviis Thuringiæ* p. 931. atque ſic: *Anno Domini MCCLXXXII. obiit Theodericus, Marchio de Landisberg & Orientalis, filius Heinrisi Marchionis Myſnæ Senioris, relinqvens filium, ſcilicet Fridericum, nominatum Tuto, qui aliquibus temporibus tranſactis litigavit cum Epiſcopis Nuemborgenſi & Merſeborgenſi, & mortuus eſt ſine hærede. Fabricius* Origin. Sax. p 587. *Reuſnerus* Stem. Wittik. p. 34. *P. M. Sagittarius* cit. l. *Clauderus* (quoad annum) StemmateSaxon. p. 22. *Spangenbergius* Chr. Saxon. p. 452. *Albinus* Chronico Miſn. p. 406. *Fauſtus* l. cit. *Mōllerus* Annal Friberg. p. 26. *Bangius* Chron. Thur. p. 108. *Binhartus* Chron. Thur p. 203 & 204. in additaGenealogia, *Schneiderus* Chron. Lipſ. p. 414. *Rempius* Genealog. Sax. p. 16. Dn. *Lairitzius* (incertus tamen an non 1283?) Palmeto p. 213. *Rivander* Chron. Thur. p. 326. *Chytræus* Chron Saxon. p. 53. in Genealogia Marchion. ibid. *Paullini* Annal. Miſn. p. 57. quamvis non ſatis certus de anno. Alii vero ejusdem emortualem annum faciunt ſubſequentem 1283, in quorum numero ſunt *Variloqvus Erfurtenſis* MStus, & ex hoc *C. Sagittarius* in Hiſtoria Luſatica §. 38. *Georgius Fabricius* in Annal. Miſn. ad annum 1283. p. 44. ſibi contradicens eo ipſo rurſus in Originibus Saxonicis, *Gabriel Bucelinus* in Geneal. Germ. notit. p. 61. Dn. *Georg. Lairitzius* in Palmeto p. 213. *Joſephus Clauderus* in Stemmate Sax. p. 230 *Phil. Jacob Spenerus* in Sylloge Geneal. p. 319. *Petrus Cutſemius* in Saxonia Catholica p. 183 *G. P. Hœnnius* in Genealogia Wittikindea, *Henningeſius* Parte III. Geneal. p. 14. quamvis in parentheſi annum 1282. quoque addat. Rurſus alii 1285. ponunt, ex quibus ſunt *Siffridus Miſnenſis* in Epitome ſuæ Hiſtoriæ ad annum 1285. p. 174. inquiens: *Mortui etiam ſunt Marchio Ditericus de Landesberg, filius Marchionis Henrici Miſnenſis;* Et *Paulus Langius* in Chronico Citizenſi ad hunc annum: *Anno Domini ſupra dicto MCCLXXXV. Theodericus, Marchio de Landesberg & Groytz, obiit. Qui mundo ſtrenuus, & Deo devotus, Monaſteria fundavit duo, unum Sanctæ Claræ in Weiſenfels,*

aliud

aliud in Suppliz (rectius Seuſelitz) ubi & ſepultus quieſcit. *Autor denique Chronici veteris Miſnenſis* mortem ejus in annum uſque 1289. rejicit, ſcribendo: Er (Dietherich) ſtarb vor ſeinem Vater im XII. hunderten und LXXXIX. Jare / hat zwo Töchter / die that er gen Weiſſenfels ins Cloſter / liegt zu der Zell begraben; quod tamen plane falſum eſſe, ex modo memorando colligendum eſt Friderici Filii Diplomate. At ipſum ſepulturam non in *Monaſterio Cellenſi, ſed Seuſelitzenſi* inveniſſe, probatum dabimus ex Friderici Balbi, Filii ſui, die 21. Junii 1286. Seuſelitzenſi Cœnobio dato Diplomate, in quo inter alia hæc notatu digna, *locumque ſepulturæ Diterici* exertim ſuppeditantia offendimus: *Cum conſenſu* Filii ſui, piæ recordationis Theoderici, Marchionis de Landesberg, patris noſtri, in eodem monaſterio (Seuſelitzenſi) ſepulti. Conſentiunt præterea in aſſerto loco ſepulturæ *Paulus Langius* loco modo citato, *Fabricius* Orig, Sax. loc. cit. *Reusnerus* Stemmate Wittikind. p. 34. Dn. *Lairitzius* Palmeto l. c. *Sagittarius* in Hiſt. Luſatica l. c. *Paullini* Annal Iſenac. p. 57. *Brunnius* in Triade Electorali p. 203, qui, ſine dubio Langium exſcribens, ita: *Dietericus duo fundavit Monaſteria, unum in Weiſſenfels, alterum in Suppliz* (Seuſelitz rectius) *ubi & ſepultus jacet. Monumentum* vetero-Cellenſe a *Fabricio* deſcriptum: *Iſte Theodericus, Alberti Frater,* duo fundavit Monaſteria, S. Claræ unum in *Weiſſenfels,* aliud in Seuſſelitz, & in *Seuſelitz ſepelitur.*

§. 49.

Anno ſequenti MCCLXXXIII. menſe Februario & in craſtino B. Agathæ (ut diploma habet) Burchardus, nutu divino Abbas Cellenſis, Henricus Prior, totusque Conventus Ordinis Ciſtercienſis decem manſos in villa Chagan infra Miſnam & Lommatſchium ſitos Henrico Miſnenſi pro 166. marcis argenti examinati, quos poſtea obtulit Eccleſiæ Miſnenſi, vendiderunt.

Debemus hoc notitiæ ſuper hunc contractum *Cellæ* confectæ, in cujus rei teſtimonium hi adducuntur teſtes: *Sifridus,* Decanus (Miſnenſis) *Johannes,* Præpoſitus Wurzinenſis, *Mag. Conradus,*

Archi-Diaconus Nyſicenſis, Dominus *Heidenricus*, Cantor, Dominus *Theodericus*, Præpoſitus Budiſinenſis, Dominus *Conradus*, Theſaurarius, Dominus *Johannes*, Præpoſitus in Hayn, & Dominus *Otto* de Wittyn, Archi-Diaconus Luſatiæ, Canonici Miſnenſes, Dominus *Conradus Longus* Thuringus, Dominus *Conradus* de Domina noſtra, Dominus *Gerboto* perpetui Miſnenſis Eccleſiæ Vicarij, *Heinricus* de Hunsbergk.

§. 50.

Anno MCCLXXXVII. die 15. Februar. Dreſdæ Heinricus illuſtris, (quod epitheton magis ejusdem cum Hortledero & Sagittario reputamus, hodie per Sereniſſimi (Durchläuchtigſten) titulum exprimendum, tuncque ab eo inter primos illud (des irrlüchten) uſurpatum, quam, ut a pleriſque Scriptoribus fit, ejusdem cognomen) Marchio Miſnenſis, primusque hujus Stirpis Thuringiæ Landgravius, Heros rebus excellenter domi foriſque geſtis inclytus, annorum ſeptuaginta, adeoque ſuo funere, demortuus, Miſnam delatus fuit, indeque poſt facta conſveta Sacra Vetero-Cellam, quam inſigniter, uti quamplurima alia Monaſteria, ac largiſſime dotaverat, & velut alter fundator ſeſe erga illam exhibuerat, deportatus, ibi ad latus Majorum humatus fuit.

Ante vero quam noſtra demus comprobata, *diſſonantes* primum obſervabimus *Scriptores* circa *ejusdem diem emortualem*. Diem *decimum ſeptimum* refert *Schneiderus* Chron. Lipſienſi p. 415. Diem *vigeſimum ſecundum Februarij Binhartus* in Genealogia Marchionum Chronico ſuo p. 204. inſerta, diem denique *vigeſimum quintum Fauſtus* in Geneal. Sax. p. 129. *Binhartus* Chron. Thur. p. 204. *Cutſemius* Saxonia Cathol. p. 183. *Rempius* Calendario Sax. p. 56. Dn. *G. P. Hœnnius* in Geneal. Saxon. *Henningeſius* Gen. T. III. p. 15. qui equidem illum magis pro exequiali, quam emortuali accipiendum eſſe putat, ſed nos potius errorem illum ex *incuria Typothetarum* exortum

con-

conjicimus, 25, pro 15, ut ſæpius ipſis fieri alias conſvevit, reponentium. Sed verum, eundemque 15. Februarii exponunt nobis *Mollerus* Chron. Frib. Annal. p. 26. *Spangenbergius* Chron. Mansf. p. 313. b. & Saxoniæ p. 453. *Fabricius* Annal. Miſn. ad annum 1288. *Bangius* Chronico Thur p. 108. *Weckius* Chron. Dresd. p. 107. *Clauderus* Stemmate Saxon. p. 21. *Reusnerus* Stemmate Wittik. p. 33. *Rempius* Calendar. Saxon. p. 46. *Krentzheimius* in Chronol. ad h. a. *Brunnius* in Triade Electorali p. 204. *Calviſius* in Chronol. p. 824. *Rivander* Chr. Thur. p. 327. Poſthæc eum anno 1287. fato ceſſiſſe teſtimonio ſunt indubio *Alberti, Marchionis Miſniæ & Landgravii Thuringiæ*, itemque *Friderici, nepotis, Marchionis Landsbergenſis*, Diplomata, quæ ſtatim poſt parentis & avi mortem Civitati Fribergenſi Dominica Eſto mihi anno 1287. unius tenoris dederunt, ac poſterioris ita ſonat: *Fridericus, Marchio de Landisberg, venientibus ad nos, & ad Patruum noſtrum,* Albertum, Turingiacum Landgravium, fidelibus noſtris, Civitatis noſtre Vribergenſis Civibus univerſis, *noſque de libertatibus ſuis & juribus ſolicitantibus ſuppliciter & attente, nos ipſorum precibus inclinati, una cum* Patruo noſtro *predicto ipſos in omnibus juribus & libertatibus ſuis conſervare volumus integraliter, quas ſe & Civitatem noſtram* Vriberg *ab inclito* Heinrico, Miſnenſi & Orientali Marchione, *Domino &* avo *noſtro bone memorie, & ab omnibus noſtris Progenitoribus Inſtrumentis ſive Privilegiis ſe docuerunt habuiſſe. Datum Vriberg Anno M CCLXXXVII. Dominica: Eſto mihi.* Ex quo, ab *Andr. Möllero* in Annalibus Fribergenſibus p. 27. jam in lucem producto, Sole meridiano evadit clarius, eum non anno 1288. occubuiſſe. In alio Alberti, 10. Kal. Maji 1288. exarato, inter alia hæc leguntur: *Quia inclytus & venerandus Pater noſter,* Dominus Henricus, Marchio Miſnenſis, felicis recordationis &c. quamvis & hæc recte ſe habeant, ſi die 15. Febr. dicto anno obiiſſet. Eundem præterea (1287.) *annum emortualem* inculcant *Chronicon Neoſtadienſe MStum, Appendix Lauterbergii*, præcipueque *Autor Hiſtoriæ de Landgraviis Thuringiæ* pag. 931. *Eodem anno* (1287.) inquiens, *mortuus eſt Heinricus, Marchio Myſſenenſis, Pater Alberti, Landgravii Thuringiæ, ætatis ſuæ anno LXX. vel circa. Mollerus* Chron. Friberg. Annal. p. 26. 27.

26. 27. & in Chronico ipſo Friberg. p. 166. 167. *Albinus* in Genealogia Saxonica p. 177. *Spenerus* in Sylloge Geneal. p. 218. *Cutſemius* in Saxonia Catholica p. 183. *Chytræus* Chronico Sax. p. 53. Inſigniter proinde hallucinantur illi, qui eum tum *anno 1283*, tum *anno 1288*, tum *in obſidione Ulmenſi* demortuum audacter aſſerunt. Ex priori cenſu, qui eum anno 1283. mundo valedixiſſe perhibent, eſt *Joh. Bangius* in Chronico ſuo Thuringiæ p. 108. Ex altero vero, qui *annum 1288. vitæ ſuæ ultimum* memorant, ſunt fere præcipui rerum Miſnenſium Scriptores, ſcilicet *Siffridus Miſnenſis* ad annum 1288. p. 174. cujus verba mox dabimus, *Chronicon Cellenſe*, *Monumentum quoddam Cellenſe*, *Albinus* Chronico Miſnenſi p. 406. *Peckenſteinius* de Marchionibus Miſnenſibus p. 21. *Spangenbergius* Chron. Mansfeld. p. 313. b. *Fabricius* Originibus Saxon. p. 586. & in Annalibus Miſnenſibus ad annum 1288. p. 45. *Fauſtus* in Geneal. Sax. p. 177. *Binhartus* Chronico Thuring. p. 204. *Rivander* Chron. Thur. p. 327. *Weckius* Chronico Dreſdenſi p. 107. *Henningeſius* T. III. Gen. p. 15. *Schneiderus* Chronico Lipſienſi p. 415. *C. Sagittarius* in Hiſtoria Luſatica §. 38. *Matth. Dreſſerus* Millen. 6. Part. 2. p. 394. *Sethus Calviſius* Chronolog. p. 824. *G. P. Hœnnius* in Genealog. Saxon. *Clauderus* Stemmate Saxon. p. 21. *Reusnerus* Stemmate Wittikind. p. 33. *Dn. Lairitzius* Palmeto p. 212. *Rempius* Calendario Saxon. p. 46. *Leonh. Krentzheimius* Chronol. ad hunc annum. *Brunnius* l. c. p. 204: *Henricus* (15. Cal. Mart. 1188) *Septuagenario major anno unico, ſepultus in Cœnobio Vetero-Cellenſi. Dreſdæ* dehinc exuiſſe illum id, quod mortale fuit, totidem verbis tradit *Siffridus Miſnenſis* ad annum 1288. p. 174: *Hoc etiam anno (1288.) inclytus Princeps, Marchio Miſnenſis, Heinricus, defunctus eſt Dreſdæ, & ſepultus in Cella cum patribus ſuis in Monaſterio Ordinis Ciſterciensis;* itemq; teſtantur *Monumenta Vetero-Cellenſia*, *Fabricius* Origin. Sax. l. c. & Annalibus Miſnen. ad annum 1288. p. 174: *Heinricus, Marchio Miſnenſis, primus Thuringiæ Landgravius, Princeps magnanimitate, gloria, divitiis potens, obiit Dreſdæ XV. Febr. Inde Miſnæ ſiſtitur, donec ſacra ſolita fierent; poſtea in Cœnobio Vetero-Cellenſe tumulatur. Binhartus* Chron. Thur. p. 204. *Fauſtus* Geneal. Sax. p. 127. *Weckius* l. c. p. 107. *Peckenſteinius* de Marchionibus Miſn. p. 7. b. & Theatro Sax. p. 21. *Bangius* Chron. Thur. p. 108. *Clauderus* l. cit. *Reuſnerus* Stemmate

Wittik.

Wittik. p. 33. *Lairitzius* Palmet. p. 212. *Sagittarius* in de Locis ſepulchralibus Ducum Saxoniæ, *Albinus* Chronico Miſnenſi Tit. 22. f. 293. *Henningeſius* l. c. & alii. Septuagenarius ergo, atque ſic ſenectute ipſa, morbo incurabili, cum obierit, quod Autor de Landgraviis Reuſnerus, Weckius, Peckenſteinius, Lairitzius, Brunnius, Henningeſius aliique referunt, videmus, quam inepti ſint illi, qui eum in *obſidione Ulmenſi ex accepto ibidem vulnere occubuiſſe ſomniant*, ſine dubio ipſum cum *Henrico, Landgravio Thuringiæ*, poſtea *Imperatore*, confundentes, *Laur. Fauſtus* ſcilicet, in Genealogia Saxon. p. 127. *Wolffg. Crauſius* in Genealogia Saxon. Lit. F. *Wilckius* in Nepote Saxonico p. 371. Cauſæ vero nihil, certe non ſatis præterea habuiſſe *Betulium* obſervamus, in Atrio Saxonico quod in dubium vocet annum 1287. aut 1288. & quidem ex eo, *quod Pater ſenior* non conceſſurus fuiſſet, ſi vixiſſet, ea, quæ *Albertus* non ſolum adverſus *conjugem* anno 1269. ſed & adverſus liberos ſuos anno 1287, bello dum illos aggrederetur, tentaverat. Sed, præterquam quod Albertus filius non amplius ſub paterna eſſet poteſtate, aulamque jam aleret propriam, accedit & hoc, quod iſta cum filiis contingere etiam potuerint poſt Parentis obitum, ſiquidem ille menſe Februario jam obdormiverat, iſta vero cum uxore diſcordia nec per preces & obteſtationes paternas ſopienda ac tollenda. Sicuti vero in die & anno emortuali non pauca Autorum attendimus divortia, ita mirus eorundem *in loco ſepulchrali* eſt conſenſus, ut ad unum omnes non alibi, ſed *Cellæ* ſolum ſepultum affirment. Illum enim præter adductos jam affatim Autores, *Siffridum* ſcilicet *Miſnenſem*, *Fabricium*, *Spangenbergium*, *Fauſtum*, *Reuſnerum*, *Weckium*, *Sagittarium*, *Bangium*, *Mollerum*, *Clauderum*, *Rempium*, *Cutſemium*, *Henningeſium*, *Brunnium*, *Dreßerum*, *Rivandrum*, & *Scriptura* olim in *Tabula ad ſiniſtram* in Choro Sacelli lecta, & a Fabricio deſcripta, nuperque in Fabricianis ſchedis à me reperta, teſtatur: Auch leit hi begraben der Dürchlauchtigſt Fürſt Margraff/ Heinrich/ Margraf Ditrichs Sun/ der das Lantgrafthum Döringen zu den erſtenmahl in diſe Herrſchafft bracht hat/ und allen Kirchen und Clöſtern vil guts getan hat/ und der alſo ein ander Stiffter geweſt iſt/ der geſtorben iſt nach Criſti geburt MCC. und in dem LXXXVIII. Jar mit diſen nachgeſchriben Frawen/ die er ge-

hat

hat hat/ mit Fraw Agnes, di eins Königs zu Bömen Schweſter geweſt iſt; (quam ſecundo potius loco ponere debuiſſet Monachus Autor.) Conſtantia, di eine von Oſterreich geweſt iſt und mit Frawen Elizabeth/ und mit zwen Sünen/ der eine/ Marggraff Herman/ der Lange/ der geſtorben iſt nach Criſti Geburth MCCC. und in dem IIII. Jar. Der andere Margraf Fridrich von Dreßen/ der geſtorben iſt nach Criſti Geburt MCCC. und in dem XVI. Jar an S. Marcus Tage des Evangeliſten. Aliudq; Monumentum ibid. ita habuit: *Iſte Henricus (Illuſtris) Theoderici filius, fundavit novam Cellam & Nemtſchin, in veteri Cella ſepultus. Hic omnibus Monaſteriis per Progenitores fundatis, quaſi ſecundus fundator fuit plura largiendo, donata, vel empta liberaliter appropriando; Mater ſua erat ſoror Ludovici, Thuringiæ Landgravij, Conthoralis S. Elizabeth, ob id primus Thuringiam ad iſtam Genealogiam adduxit. Sed & venas argenti fertiliſſimas habuit, ut turres argento impleret.* Idem quoque ſupra ad Electorem ab inquiſitoribus Monumentorum perſcripta confirmat *Relatio,* non ſolum ipſius *oſſa & cineres*, ſed & ejusdem *Conjugum* & *filiorum* reperta ibidem fuiſſe, non obſcure indicans. Cui aſſerto & colophonem imponemus *Henrici Epitaphij* parte, quod a *Fabricio* ipſi factum fuiſſe, refert Brunnius in Triade Electorali p. 186.

Cum tribus hic (Heinricus) natis totidemque uxoribus urnam
Concordem, ad tumulum Patris avique tenet.

§. 51.

Subjicimus hic denique tres adhuc Henrici illuſtris Marchionis nummorum icones, partim, ut illa, quæ de emptionibus diximus, intelligantur rectius, partim ut periodum Denariorum bractealium his ipſis, & Alberti Filii ipſius, quos ſupra quoque p. 33. exhibuimus, abſolvamus.

Oſtendunt vero illi, rudi quamvis admodum opera, vel Marchionem utraque manu tenentem gladium, vel *Leonem Miſnicum*, vel *aquilam, Palatinatus Saxoniæ Signum*, circa impreſſis vel: *Heinricus Dei Gratia Miſnenſis Et Orientalis Marchio,* vel: *Henricus Dei Gratia Miſnenſis Orientalis Marchio,* literis.

§. 52.



§. 52.

Anno MCCXC. Abbas Vetero-Cellenſis (ſine dubio Burchardus) fundos quosdam ad Abbatiam Vetero-Cellenſem ſpectantes Grimmenſi Monaſterio, quod ab ipſo fundatum dicitur, pro 140. marcis argenti Fribergenſis monetæ ad meliorem Monachorum ſuſtentationem cöemit.

Hoc ſupra laudato Dn. Joh. Conrado Knauthio debeo, cui ſequentia ex Chronico MSto Grimmenſi innotuerunt: Anno 1290. iſt das Cloſter zu Grimma geſtifftet vor die Brůder Auguſtini, durch den Apt zur Alten-Cella, und iſt gekaufft um 140. Marck Freyberg. Silbers. Nobis vero ab Auguſtinianis potius pro indicato pretio fundus ille coemptus videtur. Nam ſi ab Abbate Monaſterium fuiſſet fundatum, forte ſui Ordinis ibidem conſtituiſſet Monachos.

§. 53.

Eodem anno (MCCXC.) cum Witigo, Epiſcopus Miſnenſis, ſera ductus pœnitentia, quod Diœceſin ſuam bello exhauſiſſet, in Luſatia Cœnobium Mariæ-Stellam duobus a Budiſſina milliaribus condidit, cujus procurationem ob formam religionis Abbati Vetero-Cellenſi commiſit.

Videantur Fabricii Annales Miſnenſes p. 46.

§. 54.

Anno MCCXCI. Fridericus Balbus, Dieterici filius, cum ex ceraſis veneno infectis vitam Hirſteinii, arce ad Albim, finiviſſet, Cellæ ſepultus ſcribitur ab Albino Chronico Miſnenſi Tit. 22. p. 293. ad Chronicon vetus Thuringiæ provocante, Binhardo in Chronico Thuringiæ addita Genealogia Marchion. Miſnenſium p. 204. Laur. Fauſto in Geneal. Sax. p. 127. 128. Claudero in Stemmate Sax. p. 23. Weckio in Chronico Dreſdenſi p. 108. Paulo Martino Sagittario in de locis ſepulchralibus Ducum Saxon. Lit. A. 3. Henningeſio in Genealog. T. III. p. 14. Brunnio in Triade Electorali p. 207, ita tamen, ut plerique incerti ſuarum aſſertionum ſint, neſciantque, an Cellæ, an vero Seuſelitzii id factum fuerit; Sed rectius Seuſelitzii hoc factum fuiſſe ſtatuimus.

Mira iterum inter Scriptores circa locum ſepulchralem hujus Marchionis occurrit diſcrepantia. Nam quidam *Miſenæ* ſepultum produnt, alii *Weiſſenfelſæ* illius corpus humatum perhibent, quod inter alios fecit *M. Petrus Hornius*, Rector, dehinc Conſul Weiſſenfelſenſis in illo, quod huic *Friderico* confecit, ac in templo Cœnobii iſtius loci, anno 1561. reparati ac ampliati, Tabulæ inſcriptum repoſuit Epitaphium, ita ſonans;

Conditus hac tumba eſt Generoſus Marchio, dictus
Fridricus Tata, Dux pietatis amans.
Quem tulit ex Helena Dietricus conjuge natum
Marchio, ab Heinrico Cæſare patre ſatus.
Illius imperio latis Landsbergia campis
Paruit, excelſo Miſnia nota Polo;
Inferiorque fovens veterem Luſatia gentem,
Vandalico dantem jam ſua verba ſono.

Et

Et quamvis genitor, bello fortiſſimus Heros,
Promeruit laudes Martis honore ſuas;
Attamen hinc major Friderico gloria parta eſt,
Quod mitis placidæ pacis amore fuit.
Quodque pius ſtuduit populis ſervare futuris
Cœlitus exhibitum relligionis opus.
Hoc ideo Templum conjunctaque mœnia Clauſtri
Sumptibus in noſtra condidit urbe ſuis.
Ante quidem *ſacræ fundamina jecerat Ædis,*
Quæ ſtant Nicolai parvula ſana Parens:
Sed poſtquam interno flagravit concita bello
Miſnia, ſanguineis præda petita viris,
Non etiam Clauſtro tum vis inimica pepercit,
Virgineique gregis gratia nulla fuit.
Ergo intra muros magno molimine Natus
Tranſtulit afflictæ diruta tecta domus,
Ut ſacræ turbæ munitius eſſet aſylum,
Votaque ſic ſummo redderet iſta Deo.
Tandem cum juſtæ vixiſſet tempora vitæ,
Exanimes adiit morte ſolutos Avos:
Et prope *maternum* ſunt *poſita membra ſepulchrum,*
Maxima qua medium reſpicit ara Chorum.
Summe Deus, flectis qui ſolus pectora Regum,
Arbitrio ut fiant organa grata tuo,
Inſtilla ſimilem veræ pietatis amorem
Principibus, quos nunc Secula noſtra ferunt.
Ante alios moderare Duces, ſemperque guberna
Hos, qui Saxoniæ tradita frena tenent.
Ut tua conſervent conſtanter dogmata verbi,
Juſtificam faſſi pectore & ore fidem;
Atq; hos virtutum ſplendor Majoribus æquet,
Et ſuperent Atavos in pietate ſuos.

Obiit Marchio Fridericus A. Chr.
M CCC IIII.

M. Peter Horn. C. fecit.

Sed ſi *locus ſepulturæ* non curatius ab ipſo obſervatus fuit, quam annus emortualis, per ſe liquet, quantum fidei mereatur illud Epitaphium circa a. 1630. circiter ab Hornio confectum. Noſtræ ſententiæ, quod Seuſelizii oſſa ejus cubent, accedunt *Fabricius* Orig. Sax. p. 588. & Annal. Miſn. p. 45. ad annum 1291. *Reuſnerus* St. Wit. p. 34. *Fauſtus* Geneal. Sax. p. 128. *Lairitzius* p. 214. Et in genere hoc confirmare videtur *Albinus*, in Chronico Miſn. T. 22. p. 292. ſcribens: *aliquos dehinc Marchiones Seußelitzij in condito ibidem Monaſterio fuiſſe ſepultos. Brunnius* in Triade Electorali p. 207: Fridericus cognomento Teut *Suſelitzij (juxta alios Vetero-Cellis) juxta patrem conditus.* Cæterum in anno emortuali conſentiunt *Fabricius*, *Albinus* Chron. Miſn. p. 406. *Fauſtus* p. 127. 128. *Reuſnerus* l. c. *Mollerus* Ann. Frib. p. 30. *Weckius* l. c. *Lairitzius* l. c. *Clauderus* l. c. P. M. *Sagittarius* l. c. *Spangenbergius* in Chron. Querfurtenſi p. 351. *Sethus Calviſius* Chronolog. p. 826. *Henningeſius* Geneal. T. 3. p. 14. Sed quando hic ipſe *Fridericus*, Marchio, *Civitati Freibergenſi* die 27. Auguſti dicto MCCXCI. anno adhuc, referente Andrea Möllero in Annalibus Friberg. p. 30. ſequens clementiſſime indulſit privilegium: *Fridericus Miſnenſis & Orientalis Marchio, Palatinus Comes Saxoniæ, recognoſcimus, quod omnia jura omnesque libertates, quibus cives in Vriberg ab Avo & Patruo noſtro, Friderico, Miſnenſi, Orientali & de Landsberg Marchioni, feliciſſime memoriæ, & ab omnibus Progenitoribus noſtris privilegiati ſunt & fuerunt, ratificamus. Actum Vriberg MCCLXXXXI. Sexto Calend. Septembr. Indictione tertia*; ex eo redditur manifeſtiſſimum, ipſum non *menſe Junio* fuiſſe demortuum, qvod tamen aſſerit *Iſrael Clauderus* Stemmate Saxonico p. 23. Certe ex *ſilentio Scripturæ*, *Cellenſi Sacello* olim adſcriptæ, in qva omnes illi, qvi ibidem humati recenſentur, colligere in proclivi eſt, illum ſepulturam ſuam ibidem non accepiſſe.

§. 55.

Anno 1293. fatis ceſſiſſe ſcribitur Agnes, Carinthiæ Ducisſa, Friderici admorſi conjux prima, quam matrimonio ſibi junxit anno 1282. & non 1292. ut Nobiliſſ. Dn. Hoennius autumat, in Genealogia Wittikindea, & Claud. St. Sax. p. 29. in parentheſi, vetero-Cellæ deinceps ſepulta. Novi

Novi eqvidem, ab aliis annum 1318. emortualem illi deſignari, in qvibus ſunt *Fabricius* Origin. Sax. Lib. 6. f. 639. *Reusnerus* St. Wittik. f. 36. *P. M. Sagittarius* de locis ſepulchral. D. S. L. A. 3.

Sed qvando *Eliſabetham* anno 1301. ſibi ſecundo matrimonio junxiſſe, & *Fridericū* Gravem ex altera uxore, Eliſabetha Arnshaugia, anno 1310. natum ſcribunt, qva ratione hæc conciliari qveant, non video: qvi ipſe ſcrupulus & jam *M. P. Sagittarium* in de locis ſepulchralibus Ducum Sax. & *Dn. Lairitzium* vexavit Palmeto p. 222. Præferre itaq; indicatum voluimus annum, utpote qvem & ſuggerunt *Henningeſius* Geneal. T. 3. p. 16. *Hænniusq;* Geneal. Wittikind. Locum ſepulturæ, Monaſterium Cellenſe, absq; anno indicant *Clauderus* Stemmate Saxon. p. 29. & vetus *Scriptura* Cellenſis ſupra jam memorata: Auch leit hi begraben Fr. Agnes von Kerndten/Landgrafen Fridrichs Gemal mit ihrem Sun/Margraf Friderich.

§. 56.

Anno MCCXCIX. obiit Dresdæ Henricus, Marchio Misnenſis, Alberti degeneris, Marchionis, & Margarethæ filius, qvi plerumq; hactenus Altenburgi habitaverat, ſine terra (ohne Land) vulgo dictus, & vetero-Cellæ ſepultus fuit, ubi & Fridericus, ejus filius, fuit reconditus.

Cum Alberto, Thuringiæ Landgravio, plerumq; *duo* ſaltem ex *Margaretha filii* tribuantur, *Fridericus* ſcilicet & *Dizmannus*, idq; non ſolum *Paulus Langius* in Chronico Citizenſi p. 817. dicat: *Ex qva*, inqviens, *Margaretha, genuit duos filios, Fridericum & Theodericum, qvi & Tizmannus à qvibusdam dicitur*; Et *p. 824: Is Albertus tres reliqvit filios, duos, id eſt Fridericum & Theodericum, ex legitima uxore Mechtilde, alias Margaretha, filia Friderici II, cum qva Aldenburg dotis nomine acqviſivit, & Ludvicum* (rectius Albertum) *ex pellice ſive concubina natum*; ſed & *Spangenbergius* Chron. Mansf. p. 313. *Rivander* Chron. Thur. p. 318. *Binhartus* Chron. Thur. p. 194. & 204. *Bangius* Chron. Thur. p. 103. 108. *Wolffgangus Crauſius* Chron. Sax. Lit. F. *Fauſtus* Geneal. Sax. p. 138. *Peccenſtein* Theat. Sax. p. 21. & de Marchionibus

bus Miſnenſibus p. 9; aliiq; rurſus illum vel *Alberti Fratrem*, (vide Dn. Lairitzii Palmetum p. 217.) vel ex *Cunigunda de Eiſenberg prognatum faciant filium*, (in qvibus *Fauſtus* eſt l. c.) non ingratum ſpero B. L. ſi ejusdem notitiam, *qvam ſuper litem de cenſu molendini in Kockerdiz exortam Monaſterio Altenburgenſi anno 1274. dedit*, velut nobilem Miſnenſis antiqvitatis particulam, in qva non ſolum, ſed & in ſigillo *eidem appenſo*, qvod, ut memorabile admodum & hic adjecimus, diſerte *Alberti, Thuringiæ Landgravii filium*, ſe ipſum vocat, prius præmitterem, qvæ ita habet.

IN nomine ſancte & individue Trinitatis Amen. *Heinricus, Domini Alberti Thuringie Lantgravij filius, Anarcus de Waltenburc*, judex terre Pliſnenſis, *Fridericus Coſman ſcultherus, univerſitasq; Conſulum civitatis Altenburc* omnibus hoc ſcriptum intuentibus in perpetuum. Qvoniam per occaſum vite mortalis qvam plurima facta dilabuntur in ignorantiam, neceſſario ea, qve tradenda ſunt memorie, vivaci litterarum teſtimonio confirmantur. Tenore igitur preſentium tam modernis, qvam poſteris evidentius innoteſcat, qvod *Heinricus*, qvi *molendino in Kocerdiz ab eccleſia ſancte marie virginis in Aldenburc* infeodatus eſt, qvondam per inundantiam aqve in ardua neceſſitate poſitus, *dimidiam partem totius proprietatis ſive poſſeſſionis ejusdem molendini* vendidit *Hermanno*, qvi agnomine dictus erat *ſapiens, cum conſenſu Prepoſiti* pie memorie domini *Salomonis*, ita tamen, ut idem *Heinricus vel ſui heredes in cenſu conſveto*, videlicet *duobus talentis* ſine diminutione annis *ſingulis jam dicte eccleſie reſpondeant*. Hoc autem *contractu per collationem Feodi* à Domino Prepoſito confirmato, prefatus *Henricus* pre nominato *Hermanno* pro cenſu ſive qveſtu partis, qvi eum in molendino contingebat, primo *duas marcas*, deinde *duo talenta*, ſed tandem *minus & minus* protractu temporis preſentavit. Demum vero cum ſæpe dictus *Hermannus* per annos aliqvos uti non poſſet cenſu prehabito, in ultima conſtitutus, qva & mortuus eſt egritudine, *predicte eccleſie in teſtamento illam partem molendini, qvam ſibi comparaverat, aſſignavit*, hac tamen interpoſita ratione, ut a prefato molendinario Dominus Prepoſitus *illam extorqveat partem, qve ad jus ipſius Hermanni pertinere videretur*, & eam *faceret uſibus Domine Pauline, uxo-*

ris

ris ſue, omni, qvo viveret, tempore deſervire. Igitur Dominus *Heinricus Prepoſitus, ſucceſſor Domini Salomonis,* poſt mortem ſepe dicti *Hermanni* utrasqꝫ convocavit partes, videlicet tam *Dominam Paulinam*, qvam *molendinarium, predictam cauſam diſcutere volens*, qvam qvidem terminare non valuit. Tandem ex communi conſenſu per arbitros eſt finita, ita, ut prenominatus *Henricus & ſui heredes*, exceptis *duobus talentis*, qve dudum ad Dominum Prepoſitum & ſuam eccleſiam pertinuerant, de parte illa molendini, qvam ſibi *Hermannus* comparaverat, *qvinqꝫ fertones argenti* partim in Feſto *Walpurgis* & partim *Michaëlis* annis ſingulis jam dicte Eccleſie preſentarent. *Hos* autem *qvinquefertones* domina *Paulina* ſecundum ſtatutum & petitionem *Hermanni*, mariti ſui, ad terminum ſue vite *à Domino Prepoſito* partim in feſto *Walpurgis* & *partim Michaëlis* ſine omni impedimento eſt *perceptura*, his tamen conditionibus interjectis; ut ſi prefatum molendinum per gwerras terre imminentes & violentas preſſuras, incendio, vel rapina, devaſtatum fuerit, ſive per qvaleſcunqꝫ cauſas, vel occaſiones exactioni ſuccubuerit, tunc qvidem domina *Paulina* in ſuo cenſu, ſicut & Dominus *Prepoſitus*, non immerito detrimentum ſentiat, ita ut qvalemcunqꝫ partem ſui cenſus Dominus Prepoſitus a molendino habere non poterit, illam ſibi perſolvere minime compelletur. Ne vero de hoc *totali cenſu*, videlicet de *duobus talentis & qvinqꝫ fertonibus molendinarius & ſui heredes, vel qvaliscunqꝫ perſona in poſſeſſione molendini ſibi ſuccedentes, qvicqvam ſubtrahere, vel auſu temerario minuere preſumat*, preſentem paginam cum conſenſu molendinarii, *Domino Prepoſito & eccleſie ſue ſub ſigillorum noſtrorum appenſione dedimus in munimen.* Teſtes hujus rei ſunt, *Heinricus* de villa, *Conradus Scultetus in Nashuſen, Conradus de Smolne,* Heinricus de alta domo, Herdemus de gluowe, *Merboto de Smolne, Conradus de Waldenburc,* Petrus Supan, cives in Aldenburc, & alii qvam plures. Acta ſunt hec anno Domini MCCLXXIIII. indictione ſecunda nonas Junii.

Circa



Circa hujus locum ſepulchralē & annum emortualem iterū Scriptores in ſententiarum abeunt divortia. Siquidem alii *Altenburgi*, ut *Henningeſius* in Geneal. T, 3. p. 15. alii *Dreſdæ*, uti *Siffridus Miſnenſis*, eum obiiſſe tradunt. Dehinc neque in *anno emortuali* convenire poſſunt. Alii etenim eum año 1289. ad plures abiiſſe volunt, cujus ſententiæ ſunt *Fabricius* in Origin. Saxon. p. 605. qui ſimul *octogenarium* eundem obiiſſe, ibidem minus recte perhibet, *Reuſnerus* Stemmate Wittikind. p. 35. *P. Mart. Sagittarius* in de Locis ſepulchral. Duc. Sax. Lit. A. 3. *Clauderus* in Stemmate Saxonico p. 25. qui tamen incertus, in parentheſi & annum 1299. addit. Alii vero eum id, quod mortale fuit, *anno 1299. depoſuiſſe* autumant, in quorum numero ſunt *Fabricius* in Annalibus Miſnenſibus ad annum 1299. p. 46. contradicens tamen ſibi, ut audivimus, in Originibus: *Obiit eodem anno (1299.) Henricus Marchio, Alberti Landgravij Filius, qui Altenburgi habitavit. Sepelitur in Vetero-Cella, & ibidem Fridericus, ejus filius, reconditus*; *Albinus* in Chron. Miſn. p. 293. *Henningeſius* Tom. III. Geneal. p. 17. *Fauſtus* in Geneal. Sax. p. 131. *Binhardus* in Chron. Thur. additaque huic ad pag. 204. Geneal. March. Cæterum in eo, quod Cellæ corpo-

corporis ſui acceperit requiem, conſentiunt *vetus Chronicon Miſnenſe*, quod ita: Heinrich ſein Sohn ohne Land nahm zum Weibe Hedwig/ eine Hertzogin aus der Schleſien/ ſtarb ohne Erben / liegt zu der Zell begraben; itemque *Fabricius*, *Albinus*, *Reuſnerus*, *Henningeſius*, *Fauſtus*, *Brotuffius in Chronico Martisburgenſi*, *Lairitzius Palmeto p. 217.* &, quæ primo loco fuiſſet adducenda, *Scriptura vetus*, in Veteri-Cella olim lecta, & a *Fabricio* deſcripta, ita ſonans; Auch leit hi begraben / Marggraf Heinrich / Landgraffen Albrechts von Düringen Son/ mit ſeiner Frawen Hedewig/ di da des dritten Hertzogen Tochter von der Slefia geweſt iſt/ und mit Marggraf Fridrich ſeinen Son/ genandt ane Land; quod poſterius epitheton patri magis tribuendum fuiſſet a rudi Monacho, quam huic ipſi⁹ filio, mature ſine dubio demortuo; niſi quod Albinus ſcribat, *Fabricium* aliquo in loco prodere, *ipſum Altenburgi* fuiſſe conditum; quem tamen locum hactenus reperire non potui, qui potius in *Originibus* & in *Annalibus* totidem verbis Cellæ eũ ſepultum tradit. Hinc recte monet Iſr. *Clauderus* in Stemmate Saxonico p. 25. ipſum non *Altenburgi* in Franciſcanorum Cœnobii templo, ubi equidem hodie vexillum Marchionis Miſnenſis cum inſigni Marchionum Miſnenſium & Landsbergenſium conſpicitur, terræ fuiſſe demandatum, ſed in *veteri Cella.* Nihilominus tamen ad Fabricium provocavit Dn. Lairitzius in Palmeto, dubie quamvis, & J. *Vulpius* in Altitudine Altenburgi p. 28. incertus tamen, an Burggravius Altenburgenſis fuerit, an Marchio?

§. 57.

Non minus & Hedwigem, Henrici, Glogoviæ in Sileſia Ducis, (quem Florillium Annales Miſnenſes vocant) filiam, in Cella ſepulchrum accepiſſe, certum eſt.

Adſtipulantes habeo Scripturam Cellenſem præcedenti §. adductam, *Fabricium* Origin. Sax. p. 605. *Reuſnerum* Stemm. Wittik. p. 35. P. M. *Sagittarium* de locis ſepulchral. Duc. Sax. Lit. A. 3. *Clauderum* Stem. Sax. p. 26.

§. 58.

Volunt etiam, Cellam exuvias Friderici, Heinrici filii,

 Alberti

Alberti nepotis, continere, quamvis ejus diem & annum emortualem nemo Scriptorum hactenus tradiderit.

Scriptura Cellenſis id expreſſe modo allata, itemque *Fabricius* in Orig. Sax. p. 606. provocans ad *Monumenta Cellenſia*, & in Annalibus Miſn. p. 46. cujus verba §. 56. jam adduximus. *Reuſnerus* in Stemmate Wittik. p. 35. *Albinus* Chron. Miſn. p. 293. *Henningeſius* Tom. 3. Geneal. l. c. *P. M. Sagittarius* loco citato, *Clauderus* Stemmate Saxonico p. 26.

§. 59.

Circa hæc tempora Eliſabetham, natam de Maltitz, & non Miltitz, uti Reuſnerus Stem. Witik p. 33. & Dn. Lairitzius in Palmeto p. 213. ſcribunt, Dynaſtæ in Lichtenſtein filiam, Henrici illuſtris uxorem tertiam, viam quoque omnis carnis fuiſſe ingreſſam probabile, in veteri vero Cella ſepultam fuiſſe, certum eſt.

Circa *annum emortualem* ejusdem altum apud omnes Scriptores rerum Saxonicarum eſt ſilentium. *Diem* tamen *mortis* ejusdem forte ſuppeditare nobis poteſt *Monumentum Seuſelitzenſe*, quod *Fabricius* olim ibidem legit, & deſcripſit, ita ſonans: ELIZABETA MARCHIONISSA DIE XIX. NOVEMBRIS. (ſc. mortua) quamquam *Fabricius* in Orig. p. 577. *die 19. Kal. Febr.* ſive die 14. Januarii eandem exſpiraſſe tradat. *Locum* vero *ſepulturæ*, quem *Cellam* diximus, adſtruunt *vetus Scriptura Cellenſis*, quam jam ſupra attuliſſe memini: leidt hi begraben Frawe Elizabeth/ mit zwen Sünen. *Fabricius* de Marchionibus Miſn. p. 34. *Albinus* Chron. Miſn. p. 293. *Clauderus* Stemmate Sax. p. 24. P. M. *Sagittarius* in de locis ſepulchralibus Ducum Sax. L. A.

§. 60.

Anno MCCCIV. Hermannus, cognomento Procerus ſive Longus, natu major Henrici illuſtris ex Eliſabetha Maltitzia filius, ἄγαμος, quoniam paralyſi laboraret, morte abreptus in Veteri Cella pariter locum ſepulturæ accepit.

Multum

Multum diſcrepant Scriptores rurſus circa *annum* ejusdem *emortualem*. Si quidem alii 1294, alii 1304, alii 1308. demortuum memorant. *Anno 1294.* eum exſpiraſſe ſcribit *Clauderus* Stemmate Sax. p. 24. Anno vero 1304, quem nos poſuimus, occubuiſſe eum volunt *Fabricius* Origin. Sax. p. 588. ſine dubio innixus *Scripturæ Vetero-Cellenſi* (ſiquidem etiam ibidem ad *Monumenta Cellenſia* provocat) quæ ita habuit: Auch leit hi begraben Elizabet mit zwen Sünen; der eine Marggraf Heiman/ der Lange/ der geſtorben iſt nach Criſti Geburt MCCCIIII. der andere Margraf Fridrich von Dreſzen/ der geſtorben iſt nach Criſti geburt MCCC. in den XVI. Jar. *Reuſnerus* Stemmate Wittik. p. 33. *Hönnius* in Genealog. Wittik. *P. M. Sagittarius* de locis ſepulchralibus Ducum Sax. L. A. 3. Dn. *Lairitzius* Palmet. p. 213. quamvis incertus annum quoque 1308. addat. *Tertium annum 1308*, referente *Fabricio* l. c. Monumentum quoddam Miſnenſe habet. *Albinus* denique annum 1338. affert, ſed ſine dubio ex errore typographico, cum 1308. exemplar forte ejus habuiſſet.

§. 61.

Circa hæc tempora Fridericus claudus, Friderici cum admorſa gena filius, Ruſpam oppidulum Abbati Vetero-Cellenſi tradidit.

Affirmat hoc *Fabricius*, notitia ſine dubio quadam edoctus, in Annal. Miſn. p. 48. & in Orig. Saxon. p. 639. *Fauſtus* Geneal. Sax. p. 136. Neceſſe ergo eſt, illud in bellis inteſtinis a Friderico Patre cum Adolffo Naſſovico geſtis Monaſterio fuiſſe ablatum, quæ *Albini* eſt conjectura in Chronico Metallico p. 9. vel primitus non totum eidem ab Ottone Marchione fuiſſe collatum, vel denuo & cum quibusdam novis prædiis & reditibus, antea nondum ad Cœnobium ſpectantibus, eidem fuiſſe traditum ac confirmatum, ut ita alter quaſi fundator eidem exſtiterit.

§. 62.

Anno MCCCXV. Fridericus Marchio, cognomento claudus, quod pedis vitium haberet, Friderici fortis ſive

admorſi ex Agnete Carinthiæ filius, Alberti nepos, in oppugnatione arcis Zwenckanæ prope Eliſtrum Diœceſeos Mersburgenſis, non vero Zwickavienſis, uti male nonnulli ſcribunt, ætatis anno quarto & vigeſimo ſagitta transfixus exſpiravit, exuviis ejus in veterem Cellam delatis, & in Cœnobii Sacello ibidem Idibus Januarii (13. Januarii) ſ. octavo die poſt Epiphania conditis*.

* Ita enim Siffridus Miſnenſis Presbyter p. 294. ad annum 1315: *Fridericus Marchio, cognomento claudus, Friderici fortis Landgravii filius, in oppugnatione arcis Zwencanæ prope Lipſiam ſagitta trajicitur, & in Cœnobium Vetero-Cellenſe conditur Idibus Januarii.* Vetus Scriptura Cellæ olim lecta: Auch leit hi begraben Frau Agnes von Kerndten / Landgrafen Fridrichs Gemal / mit iren Sun Margraf Friderich / der vor Zwenckau erſchlagen war nach Criſti Geburt MCCCXV. *Fabricius* Orig. S. p. 659. & in Annalibus ad h. an. p. 48. *Reuſnerus* Stemmate Sax. p. 36. *Albinus* Chronico Miſnenſi p. 294. *P. M. Sagittarius* de locis ſepulchral. Ducum Sax. L. A. 3. *Brunnius* in Triade Electorali p. 128: Fridericus, cognomento claudus, in Cœnobio Vetero-Cellenſi conditur Idibus Januarii 1315. *Clauderus* Stemmate Saxon. p. 29. (qui equidem annum quoque 1315. in parentheſi ejus emortualem memorat, ſed & 1314. addit, quaſi hic ab aliis quoque referatur annus, & die 13. Januarii cum *Johanne Binhardo* in Genealogia Marchionum Chronico ſuo Thuringiæ p. 204. addito demortuum tradit, quo omnes alii ſepultum referunt) *Lairitzius* Palm. p. 222. *Henningeſius* l. c. p. 16. *Fauſtus* Geneal. Sax. p. 136. Cæteri locum ſepulturæ plerumque tacent.

§. 63.

Anno MCCCXVI. Fridericus parvus, (der kleine / ob corporis exilitatem rectius cum Fabricio, Claudero & Lairitzio, quam ab animi vehementia rigoroſus, der klemme / cum Reuſnero, Fauſto, Albino, Rempio, dicitur cum iſtud cogno-

cognominis ex falſa ſaltem lectionis vocis **kleine** poſtliminio illi ſubinde adhæſerit, frater Hermanni, Henrici illuſtris ex Eliſabetha Maltitzia filius ſecundus, Dreſdæ die 7. Kal. Maii, ſive die 25. Aprilis, qui dies S. Marci Evangeliſtæ eſt, ἄπαις demortuus, perque Urbem Miſnam Vetero-Cellam in Conditorium avitum deportatus, ibidem humatus fuit.

In die emortuali & loco ſepulturæ conſentiunt omnes, *Fabricius* Orig S. p. 588. & in Annalibus Miſn. p. 4. *Albinus* Chron. Miſn. p. 294. *Reuſnerus* S. W. p. 33. *Joh. Binhartus* Chron. Thur. additaque eidem Geneal. March. p. 204. *Fauſtus* Geneal. Sax. p. 129. *Lairitzius* Palmeto p. 213. *Henningeſ.* l. c. p. 15. *Clauderus* St. Sax. p. 24. *Hœnnius* in Geneal. *Wittikind. Paullini* in Annalib. Iſenacenſ. p. 74. *Laur. Peckenſt.* de Landgrav. p. 51. *Weckius* Chron. Dreſd. p. 110. *Brunnius* in Triade Electorali p. 205. *Rempius* in Calend. Sax. p. 115. Et inprimis vet⁹ Scriptura in Cellæ Sacello olim lecta & ſupra §. 60. adducta p. 75: Auch leit hi begraben Margraf Fridrich von Dreßen/der geſtorben iſt nach Criſti Geburt MCCC, und in dem XVI. Jar an S. Marcus Tag des Evangeliſten.

§. 64.

Anno MCCCXX. Cornelius Abbas Monaſterio huic præfuit, quem Fridericus admorſus Marchio compatris honore dignatus fuit.

Hujus teſtes ſunt literæ *Friderici admorſi*, quibus *feudum argentifodinarum* Siebenlehenſium *Cornelio Abbati* confirmavit, ita incipientes: *Honorabili Domino Cornelio, Abbati in Cella, noſtro Compatri, Nicolao, dicto Wolffgang, Judici, nec non ipſorum conſultoribus in montanis Sybenlehenſibus contulimus montanam hæreditatem uſque ad nemus Cellenſe ipſis per Conſules Vribergenſes ad hanc limitationem privilegiatos debitis montanorum conſvetudinibus & ſolennitatibus circumequitando deſignandam, & montano jure, ſeu montanæ hæreditatis titulo poſſidendam &c.* quam notitiam debemus *Andreæ Mølleri* Chronico Fribergenſi p. 172. Imo *Sie-*

henlehnam olim ſpectaſſe ad *Monaſterium Cellenſe*, & ab hoc ipſo pago ſua jura montana accepiſſe *Fribergam*, *Albinus* commemorat pag. 7. in Chronico ſuo Metallico.

§. 65.

Anno MCCCXXXVI. Hermannus, Burggravius Miſnenſis VI. Calend. Novembris demortuus, in Veterem Cellam deportatus, ibidemq; ſepultus fuit, cum ſex modo ante dies obiiſſet Vilburgis, ejusdem uxor.

Fabricius Annal. Miſnenſ. p. 50.

§. 66.

Anno MCCCXLVI. Mathildis, Friderici Gravis Uxor, Ludovici IV. Imperatoris filia, quam anno 1328. in matrimonium Norimbergæ duxerat, die Sexto Nonarum Julii (ſive 2. Julii) poſtquam ante annum duos gemellos, Annam & Claram Miſenæ in lucem ediditſet, in arce Miſnenſi, non vero Gothana, ut Clauderus tradit, obdormiens, in veteri Cella fuit ſepulta, epitaphiis non unis ibidem memoriæ commendata.

Novi equidem alios tradere, illam anno 1323, ut *Nobiliſſ. Dn. Hœnnius* in Genealog. Wittikindea; alios, & plurimos anno 1329. nupſiſſe Friderico Gravi, idq́ȝ clare aſſerere non ſolum *Chronicon Germanicum Reinhardsbornenſe*, qvod ita: Darnach ſo herſchte Friddrich/ des freidigen Son/ nach ſines Vaters Tode/ unde derſelbe nam czu der Ee eyne genant Mechtilt/ unde was Keyſzers Loddew go Tochter/ in deme Jare/ alß man ſchreib nach Gotis Geburt tuſzent dryhundert unde nún unde czwenzig Jar; cum qvo & faciunt deinceps *Fauſtus* Gen. Sax p. 137. Dn. *Lairitzius* Palm. p. 223. *Reuſnerus* St. Wittik. p. 37. *Fabricius* Orig. Sax. p. 640. *Mollerus* Annal. Frib. p. 58. *Clauderus* St. Sax p. 31. in parentheſi. Nos ſeqvuti ſumus non tantum *Autorem de Landgraviis Thuringiæ*, qvi p. 937. ita: *Et duxit (Fridericus) in uxorem Mechtildam, filiam Ludovici Imperatoris, Ducis Bavariæ, in Nornberg Anno Domini MCCCXXVIII. de qva genuit qvatuor filios & duas*

filias;

filias; ſed & *Autorem additionum ad Lambertum Schaffneburgenſem* ita pag. 263. ſcribentem: *Anno 1338.* (vitium ſine dubio typothetæ eſt, pro 1328. ponentis) *Marchio Fridericus junior celebravit nuptias ſolennes in Norenberg cum filia Regis Romanorum Mechtilda*; qvorum dehinc veſtigia premunt *Henningeſius* T. 3. Gen. p. 17. *Clauderus* St. Sax. p. 31. *Weckius* Chron. Dresd. p. 113. Nunc vero, qvod annum ejus concernit emortualem, diverſum eqvidem ab indicato à nobis, nempe 1247, inculcant *Autor anonymus Hiſtoriæ de Landgraviis Thuringiæ* apud Piſtorium c. 102. p. 941: *Anno Dom. MCCCXLVII. obiit Domina Mechtildis, uxor Friderici Marchionis, & ſepulta in Monaſterio Cellæ Mysnenſis. Chronicon vetus Reinhardsbornenſe* Germanicum: Die gnante Frawe Mechtilt Landtgravinne czu Döringen / ſtarb und wart begraben czu der Czelle in Myſſen / alß man ſchreib nach Gotis Gebort Tuſend dryhundert / unde ſöbben unde vörczig Jare / an unſir liben Frawen Tage Lichtwye. Ac rurſus Chronicon Iſenacenſe: Nach Criſti Gebort MCCCXLVII. Jar / da ſtarb Frawe Mechtilt / Landgrafen Friddrichs Mutther / unde wart begraben czu der Czelle in Miſſen: Qvo in anno Chronicorum Thuringicorum compilatores *Joh. Bangius* p. 135. b. 137. *Cyriacus Spangenbergius* Chron. Sax. p. 490. *Albinus* ad Chron. Thuringiæ provocans in Chron. Miſn. p. 294. itemq; *Peckenſtein* in de Marchionibus Libello p. 10. b. *Dreſſerus* Millen. VI. P. II. p. 427. illos ſeqvuntur. In eundem qvoqve annum mortem ejusdem, qvod mireris, collocant *Annales Germanici Miſnenſes*, qvi ita: Fraw Mechtilda ſtarb Anno XIII. hundert XLVII. an unſer lieben Frawen Tag Liechtmeß / ligt zu der Zell begraben. Imo *Clauderus* Stemmate Sax. p. 31. ab aliis & annum 1361. memorari refert. Sed nos in die (in qvo omnes conveniunt) & anno ſecuti ſumus *Fabricium*, qvi hunc, qvem indicavimus annum, ex veteri *monumento Cellenſi* hauſerat, ad qvod etiam Lib. VI. Orig. Sax. p. 654. provocat, ſcribens: *Cum anno antecedente* (1346.) *etiam obiiſſet filia ejus* (Auſtriæ Ducis) *Mechtildis, uxor Landgravii, VI. Non. Julij, qvæ in Vetero-cellenſi Cœnobio tumbam magnificam habuit. Dies obitus atq; annus, ut nos poſuimus, eidem tumbæ inſcriptus: nam in Turingicis Annalibus aliter legitur, qvos nunc non ſeqvor.* Dolendum eqvidem hic oppido eſt, hoc *magnificum*, ut qvidem Fabricius vocat,

Monu-

Monumentum hodie non amplius ſuperare, certiores alias nos non ſolum de anno, qvi controvertitur maxime, redditurũ, ſed & antiqvitate ſeſe eximie cōmendaturum; interim tamen ſine dubio & illud recte inſpexit *Fabricius*, qvoqve minus de vero emortuali anno indicato dubitemus, faciunt alii *Rythmi*, qvi à *Fabricio* in Annalibus Miſnenſibus ad annum 1346. p. 51. adducuntur, eundem qvoqve annum exprimentes:

Poſt M poſt tria C poſt XL bis tribus aucta,
Senſit Salza ignem, & Miſnenſis Principis enſem,
Inclyta Mathildis moritur, qvæ Principis uxor.

Idem in Saxoniæ univerſæ rebus memorabilibus Lib. II. ad annum 1246. p. 262. ac in de Marchionibus p. 39. Cui præterea, ut hoc ex abundanti addamus, adſtipulantur ſeqventes Rerum Saxonicarum Scriptores, *Reuſnerus* Stemmate Wittikind. p. 37. *Brunnius* in Triade Electorali p. 234. *Albinus* Chron. Miſn. Tit. 22. p. 294. *Mollerus* Annal. Fribergenſ. p. 60. *Hieronymus Henningeſius* T. III. Geneal. p. 15. & Parte I. ibidem p. 198. *Adamus Rempius* Calend. Sax. p. 183. *Paulus Eberus* in Calendar. ad Diem 2. Julii. *Fauſtus* Geneal. Sax. p. 137. *Peckenſteinius* de Landgraviis Thur. p. 56. *Clauderus* Stemmate Sax. p. 31. (qvamvis incertus & annum 1347. & 1360. addat) *P. M. Sagittarius* de locis ſepulchral. Duc Sax. L. A. 3. Hœnnius in Geneal. Wittik. *Miſnæ* alias communiter animam efflaſſe ſcribunt, adeoqve cum à Claudero l. cit. Gothæ id factum fuiſſe aſſeratur, ex confuſione potius *Margarethæ* cum *Eliſabetha* id eſſe, credimus. Qvod ſuper eſt, theſin noſtram Monumento illius, qvod *tumbæ* olim vel *tabulæ* fuit inſcriptum, eundem qvoqve annum, qvem ſupra aſſeruimus, emortualem nobis dictitante, ac ex Monachorum ingenio genioqve hunc in modum compoſito, claudemus:

Anno milleno, tercentum obiit quadrageno
Sexto ſub Feſto proceſſi, quod memor eſto,
Hic nece proſtrata pauſat ſaxo gravidata,
Nobiliter nata, Marchionis venerata
Conjunx, & grata Mechtildis, ſitq; vocata

Anima,

Anima, quod fata ſua ſint, pie Chriſte, beata,
Cum Angelis agit, quam vulgus flebile plangit,
Mechtildem ingenuam fac, oro, Chriſte, beatam!

§. 67.

Anno MCCCXLVII. die 8. Kal. Auguſti, Witigone II. Epiſcopo Miſnenſi demortuo, pater ejus, Burggravius Coldicenſis, conſentiente uxore, mutat habitum, & fit Monachus Vetero-Cellenſis, uxorque ejus, eum ſecuta, etiam velamen induit; mortuus dehinc ibidem, & ſepultus fuit.

Fabricius Annal. Miſn. p. 51.

§. 68.

Annus MCCCXLIX. non ſolum multis calamitatibus peſte, terræ motu, Iudæorum excidio, flagellantium exilio, luporum rabie, ſed & imprimis morte Friderici, Marchionis Miſnenſis, vivæ Friderici admorſi & Eliſabethæ Arnshaugiæ imaginis, qui non ſolum gravis cognomine a morum ſcilicet ſeveritate, ſed & macri a corporis exilitate & macie Scriptoribus plerumque venit. Exſpiraverat autem ille anno 1310. natus, valetudinis infirmæ, morboque multum per vitam laborans articulari, alteroque poſt electionem ad Imperatoriam dignitatem anno (poſt Ludovici IV. ſoceri, enim mortem anno 1347. contra Carolum IV. deſignatus erat Imperator) die 2. Februarii annorum 39. corpusque ejus Vetero-Cellenſe Monaſterii Templum, huicque peculiare ſuis ſumptibus additum exſtructumque Sacellum, quod S. Andreæ Apoſtolo dicari fecerat, & communiter Capella Principum (die Fürſten-Capelle) appellata olim fuit, recepit.

Autores ejus, quod diximus, hoc eſt in an. ætatis, emortuali, & loco

 ſepulturæ

pulturæ conſentientes habemus *plures*, *in die vero* emortuali non poſſumus non aliquorum obſervare diſcrepantiam. *Fabricius*, *Reuſnerus*, *Brummius*, *Clauderus*, *Sagittarius*, *Rempius*, *Eberus*, *Mollerus*, *Fauſtus*, *Binhartus* (p. 204. in Geneal.) *Calviſius*, *Weckius*, diem 2. Februarii, quem & nos ſelegimus; *Spangenbergius* vero in Chronico Sax. p. 183. *Binhartus* in Chronico Thuringiæ p. 265. *Bangius* itidem in Chronico Thur. p. 137. & *Henningeſius* T. III. Gen. p. 16. diem 19. Novembris, ſive *diem Eliſabethæ*, qui in dictum diem incidit, ponunt, quo fundamento vero, mihi indagare hactenus non licuit. Hoc ſcio, *Monumentum* ejusdem, quod a *Monachis* olim accepit Fridericus, infraque mox memorandum mihi erit, diſerte edicere, illum die 18. Novembris (14. Calendis Decembris, ſive ter ſenis diebus Novembris, quod eo redit) ibidem fuiſſe humatum. Sed quantum fidei ſit tribuendum eidem, alibi dicemus. Nec ſatis certum, ubi animam exhalaverit. Clauderus l. c. *Pegaviæ*, Peckenſteinius vero l. c. de Landgr. *Wartbergæ* id factum fuiſſe, dicit; reliqui plane locum tacent. Annum, quod attinet emortualem, eundem omnes, ut diximus, uno quaſi ore affirmant; inter quos primus prodeat *Autor de Landgraviis Thuringiæ* p. 941: *Anno Domini*, inquiens, *MCCCXLIX. mortuus eſt Fridericus, Marchio Miſnenſis, & Thuringiæ Landtgravius, & ſepultus eſt in Cella Myſnenſi Ordinis Ciſtercienſis anno ætatis ſuæ XXXIX.* Et Chronicon vetus Iſenacenſe: Nach Criſti Gebort tuſend CCCXLIX Jarer da ſtarb Landgrave Friddrich der ernſte/alſo her XXXIX. Jar alt was/ und her wart begraben zu der Czelle; quos duces ſequuntur *Fabricius* Orig. S. p. 655. & in rebus memorabilibus Saxoniæ Univerſæ p. 163. *Albinus* Chron. Miſn. p. 294. & in Genealogia Saxon. p. 183. *Spangenbergius* l. c. *Dreſſerus* Millen. VI. P. II. p. 427. *Sethus Calviſius* Chron. p. 849. *P. M. Sagittarius* de Locis ſepulchral. D. S. L. A. 3. Dn. *Lairitzius* Palmet. p. 223. *Peckenſteinius* de Marchionibus Miſnenſ. p. 10. b. & de Landgraviis p. 54. *Idem* Theatro Saxon. p. 23. *Rempius* Calend. Sax. p. 33. *Eberus* Calendar. ad h. a. *Reuſnerus* Stemmat. Wittik. p. 17. *Binhartus* Geneal. March. Chron. Thur. addita p. 204. & in Chronico ipſo p. 265. *Bangius* Chron. Thur. l. c. *Henningeſius* l. c. *Clauderus* Stemmate Saxonico p. 31. *Fauſtus* Geneal. Sax. p. 137. *Weckius* Chron. Dreſd. p. 114. *Mollerus* Chron. Friberg. p. 173. & in

Annali-

Annalibus p. 60. *Brunnius* in Triade Electorali p. 235. *Hœnnius* in Geneal. Wittikind. Nec negligendum eſt Monumentum, quod olim a Fabricio in Sacello fuit lectum: *Fridericus ſecundus Zelator pacis prudentiſſimus, potentia omnibus vicinis formidabilis ſcribitur.* Iſte fundavit Capellam S. Andreæ in hac veteri Cella, in qua & ſepultus eſt. Aliudque ſcriptum Monumentum, quod ibi ſepultos exhibuit Principes, ſic inter alia: Auch ſo ligen di nachgeſchriben Fürſten und Fürſtin begraben in diſen Kloſter in der Fürſten Capelle; zum erſten der Durchläuchtigſt Fürſt Marggraf Fridrich/ der geſtorben iſt nach Criſti geburt MCCC und im XLIX. Jar/ mit der Hochgebornin Fürſtin/ Frawen Mechtilt/ Keyſer Ludewigs Tochter/ di ſein Gemal geweſt iſt/ und geſtorben nach Criſti Geburt MCCC und im XLVII. und mit ſeines Sons Son/ Herrn Friedrich/ ſo des Herren Baltazaris (rectius Friderici Strenui) des Landgraffen zu Döringen Son geweſt iſt. Nec aliud volunt Rythmi olim admodum noti, a *Fabricio* etiam in Annalibus Miſn. p. 51. & *Binharto* in Chron. Thuringiæ p. 265. ac forte aliis, ad hunc annum adducti:

Peſtis regnavit, plebis quoque millia ſtravit,
Inſolitus populus flagellat ſe ſeminudus,
Contremuit tellus, populusq; crematur Ebræus,
Inclytus atque pius Princeps obiit Fridericus,
Fit terræ Dominus Fridericus filius ejus.

Luculentiſſime præterea & dicta noſtra comprobant *Epitaphia* ejus in Cella olim eidem, referente ſic nobis Fabricio, poſita. Mirandumque oppido eſt, eosdem verſus, ſi annum immutatum excipias, *ſepulchro ejusdem fuiſſe inſcriptos*, qui olim in *Friderici II. Imperatoris* tumulo, (teſte *Cuſpiniano* in de *Cæſaribus* libro p. 519.) fuere lecti; quæ vero hujus rei cauſa ſubfuerit, alii hariolentur:

Si probitas, ſenſus, ſi virtus, gloria, cenſus, (in Friderici virtutum gratia)
Nobilitas orti, poſſent obſiſtere morti,
Non foret extinctus Fridericus, qui jacet intus,
Anno milleno, ter centeno, quadrageſimo nono,
Quem locat in terras hic *decima quarta Calendas*
Menſis Decembris, ter ſena diesque Novembris.

 Aliud

Aliud & eidem tribuit Monumentum, lepidum admodum, & Monachorum iſtius ævi venam ſapiens Antonius Weckius in Chronico Dreſdenſi p. 114. & quidem quod Fabricius de tumba ipſi' deſcripſerit; quod tamen, ut verum fatear, in MSto quodam antiquo Friderico ſtrenuo attributum cognovi, iſtudque vel ex eo redditur probabile, quod conjux ejusdem ſimilis quoque ſtyli lapidaris exemplum, aut plumbei rectius ingenii fœtum, infra quoque afferendum, acceperit. Sit ut ſit, elegans tamen inſipidæ Pöeſeos Monachalis, ac vix ſpiritum trahentis eruditionis ſpecimen cum præbeat, non poſſumus non & eidem locum hic concedere, niſique ſanctam maximi Principis memoriam nobis refricaret, addere, riſum teneatis Amici!

Hier leit ein Fürſte löbelich/ quem. vulgus. flebile. plangit.
Von Meiſſen/ Marggraff Friederich/ cujus. inſignia. pangit.
Clerus. Clauſtralis. Laicus: den Fürſten laidlichen Klagen/
Dux. inops. altus. infimus. Fürſtlich Werck von Jhm ſagen.
Wahrhafftig/ Weiſſe/ tugentlich/ affabilis. atque. benignus.
In GOttes Furchte ſtetiglich/ fuit. hic. Landgravius. dignus.
Da. veniam. Chriſte. laß uns Gnade erfinden/
Anima. ut. iſta. loß werde von ihren Sünden.

Purioris attamen venæ doctisſimi Fabricii ultimi ſunt verſiculi, quos ſummo honori toties laudati Principis ſcripſit in de Marchionibus Miſnenſibus p. 39. quibus & hanc paragraphum claudemus:

Magnanimos linquens natos in flore juventæ,
Bis quater emenſus luſtra caduca, perit.
Haud poſitus procul eſt Mathildæ a conjuge Cellæ,
Cui tumulum ante ſuam fecerat ipſe necem.

§. 69.

Circa A. MCCCL. Fridericus, Friderici ſtrenui filius, puer adhuc vivis ereptus eſt, cujus mortem Mater ob difficultatem partus, quam experta erat, per omnem vitam luxit, nihil amplius de auro corpori adplicans, nec niſi atra

veſte

veſte utens, exuviis ejusdem patrio Monumento Cellæ illatis.

Hujus rei teſtes habemus *Scripturam veterem Cellæ* olim in Sacello lectam, & præcedenti paragrapho adductam, in qua *Fridericus*, *Friderici gravis filij filius* memoratur, quamquam in eo craſſiſſime erret rudis *Monachus* Autor, quod eum *Balthaſaris* appellet *filium*; *Fabricium* præterea Orig. S. p. 681. *Clauderum* St. Sax. p. 37. *P. M. Sagittarium* de locis ſepulchral. Duc. S. Lit. A. 3. *Spangenbergium* Chron. Henneb. p. 198. Plerique tamen Scriptorum, ut *Albinus*, *Reuſnerus* St. Wittik. p. 38. Dn. *Lairitzius*, locum ſepulturæ tacent.

§. 70.

Non diu poſt circa MCCCLVIII. & Catharina Friderici Strenui & Catharinæ, Hennebergenſis Comitis, filia, infans demortua, hic in Capella Principum humata fuit.

Præter Clauderum l. c. p. 39. & *P. M. Sagittarium* adſtipulatur etiam *Monumentum vetus Cellenſe*, quod ita: Auch leit hi begraben = = mit ſeiner Fraw Catharina von Henneberg/ die geſtorben iſt nach Criſti Geburt MCCC und in XCVII. Jar/ und mit den Fräwlin Katharina/ die jung geſtorben iſt/ und iſt geweſt ein Tochter des mächtigſten und treffſichſten Fürſten Marggraff Fridrichs / des erſten Hertzogen zu Sachſen aus der Herrſchafft zu Meiſſen. In quo enormiter iterum *Monachus* Autor hallucinatur, dum ex *Friderico Strenuo*, qui parens Catharinæ, erat, *Fridericum bellicoſum* facit, perinde ac quando ſupra memoratam *Eliſabetham Maltitziam*, Henrici illuſtris uxorem tertiam, ibidem ſepultam cupit tradere, quod nobis ſupra ad paginam 74. memorandum fuiſſet, id hiſce facit: Auch leit hi begraben/ Fraw Agnes von Kerndten / Landgraf Fridrichs Gemal / mit ihren Sun/Marggraff Fridrich / der vor Zwenckau erſchlagen war nach Chriſti Geburt MCCC und in den XV. Jar; mit Frawen Eliſabeth von Arnshaug di di ander Fraw geweſt iſt des Durchleuchtigen Fürſten Marggrafen Fridrichs der diſen Cloſter vil gutts getan hat. Quod equidem verum eſt de Agnete, Friderici admorſi conjuge prima, 1293. demortua, filioq; ejus Friderico claudo, & ſupra pag. 68. & 75.

pluribus

pluribus jam id a nobis eſt oſtenſum; ſed qvando addit, Eliſabetham, alteram Friderici admorſi conjugem, Comitem Arnshaugiam, & hic ſepultam jacere, inſigniter errat, cum illa *Iſenaci*, qvod pervulgatum eſt, reqvieſcat, adeoq; hanc *Eliſabetham Arnshaugiam* cum *Eliſabetha Maltizia*, cui & Cellam locum ſepulturæ ſupra jam p. 74. vindicavimus, confundit.

§. 71.

Anno MCCCLXXXI. Fridericus ſtrenuus, Friderici gravis filius, anno 1330. pridie Non. Octobris natus, poſtqvam 31. annos cum laude & emolumento præfuiſſet ſuæ Provinciæ, annum egreſſus qvinqvageſimum, Altenburgi vigeſimo ſexto die May demortuus, ultimus ex hac proſapia Princeps in Capella Principum Vetero-Cellenſi terræ fuit demandatus.

Sane uti in die emortuali amice conſpirant Autores, qvos eqvidem vidi, omnes, & infra afferendum Monumentum ejus Cellenſe diem 26. Maji exponat (præterqvam qvod *Nobiliſſ. Dnn Hœnnius* in Geneal. Wittik. 6. Maji, ac forte ex Sculptoris errore habeat) ita circa emortualem eo magis ſcinduntur in partes. Plurima ſiqvidem illorum, primiq; ſubſellii pars, annum 1280. ſuggerit, & nominetenus *Autores duorum Monumentorum Cellenſium infra mox adducendorum, Fabricius* Orig. Sax. p. 681. & in Annalibus Miſnenſibus p. 53. ad annum 1380. Albinus Chron. Miſnenſi p. 294 qvamvis diverſitatem Scriptorum obſervans & annum 1381. addat, dubius, cui adſentat.) *Dreſſerus* P. II. Millen. VI. p. 428. *Peckenſteinius* Theatr. Sax. p. 23. *Spangenbergius* Chron. Henneb. p. 299. & in Chronico Saxonico p. 501. *Henningeſius* Geneal. T. 3. p. 17. *Bangius* Chron. Thur. p. 146. b. *Binhartus* Chron. Thur. p. 204. 281. *Lairitzius* Palm. p. 226. *Clauderus* Stemmate Sax. p. 37. (qvamvis & annum 1381. in parentheſi habeat) *Calviſius* Chronol. p. 859. *Fauſtus* Geneal. Sax. p. 142. P. M. *Sagittarius* de Locis ſepulchral. Duc. Sax. L. A. 3. *Brunnius* in Triade Elector. p. 244. Sed cur nos 1381. annum ſelegerimus, non adeo multum curantes Monumenta ipſa Cellenſia, annum præceden-

dentem tradentiæ, qvæ recentius præterea ævum ſapiunt, dicemus. Habemus ſcilicet non ſolum clare hoc adſerentes Autorem *Chronici Neoſtadienſis*, ad qvem & Albinus provocat, itemq; *Monumentum vetus Cellenſe* idiomatis latini, infra afferendum, rurſusq; *Autorem de Landgraviis Thuringiæ*, qvi diſtincte pag. 947. ita: *Anno Domini* MCCC LXXXI. *obiit illuſtris Princeps, Fridericus Marchio, ætatis ſuæ anno 51. frater Dominorum Balthazari & Wilhelmi. Cujus in diviſione Principatuum ſucceſſit in ſortem terra Orientalis, ſcilicet Marchionatus de Landisburg; relinqvens tres filios ibidem ſucceſſores, ſcilicet Fridericum, Wilhelmum, & Georgium, & ſepultus eſt in Cella Myſnenſi apud patrem ſuum;* cujus dehinc veſtigiis inſiſtunt *Albinus* in Chron. Miſnenſi p. 294. & in Genealogia Saxon. p. 185. *Mollerus* in Annal. Friberg. p. 65. *Chytræus* in Saxon. p. 53. *Peckenſteinius* de Marchionibus Miſnenſibus p. 11. *Paullini* in Annalibus Iſenac. p. 90; ſed & clare hoc nos edocet Diploma, qvod modo laudatus *Nobiliſſ. Dn. Paullini* loco cit. p 89. produxit ab hoc ipſo noſtro *Friderico, Balthaſare & Wilhelmo, fratribus*, a. 1380. die Mercurii poſt S. Mauricii diem conſcriptum, quo licentiam Carthuſianis dederunt, Monaſterium ante portam B. Virginis Iſenaci condendi. Nam cum S. Mauritii dies in 22. Septembr. incidat, eoq; Fridericus adhuc vixerit, per ſe liqvet, illum die 26. Majı ejusdem anni demortuum eſſe non poſſe, ſed potius ſeqventi, qvem ſupra laudati Autores qvoqve inculcant. Qvod *Altenburgi* eundem inter vivos eſſe deſiiſſe diximus, id debemus *Albino, Reusnero Spangenbergio, Peckenſteinio, Lairitzio, Sagittario, Rempio, Brunnio*. Reliqvum eſt, ut & Epitaphia ejusdem, qvæ Cellenſis Monaſterii Sacellum olim oſtendit, audiamus. De uno ſupra jam p. 84 diximus, qvod ab aliis huic tribuatur Marchioni, ſed certiora nunc dabimus; primoq; loco illud, qvod Fabricianæ ſchedæ nobis ſuppeditant: ANNO DOMINI MCCC. LXXX. VII. CAL. IVN. OBIIT MITISSIMVS PRINCEPS, DOMINVS FRIDERICVS, THVRINGIÆ LANDGRAVIVS MISNENSIS ET ORIENTALIS MARCHIO, DOMINVSQVE TERRÆ PLYSNENSIS. Succedat Scriptura vetus Cellenſis de conditis ibidem Principibus agens, qvæ inter alia ita: Auch leit in derſelben Capelle begraben/ der gütige/ löbliche Fürſt Marggraf Fridrich/ der geſtorben iſt nach Criſti Geburt

MCCC

MCCC und in dem LXXX. Jar; huic vero aliud Monumentum, à Fabricio qvoqꝫ ibidem lectum: Fridericus tertius, Zelatoris filius, corpore formoſiſſimus & omni virtute plenus ſcribitur, amabilis valde, ipſe Erfurdiam cum validiſſimo exercitu, Imperatore & Imperatrice præſentibus, obſedit, ac plurimum moleſtavit. Coberg (Coburgum eſt) caſtrum & illic pertinentia cum uxore acqviſivit: Ultimus in Cella ſepultus ante altare corporis Chriſti MCCC LXXXI. Cultioris ingenii eſt, qvod deniqꝫ ex Fabricio in ſuo de Marchionibus Miſnenſibus ſcripto p. 40. adjicimus.

Luſtra novem felix, & *tres* exegerat annos,
Magnanimum cum mors ſuſtulit atra virum;
Conditur in Cella poſtremus, juncta fidelis
Unanimi *conjux* eſt *Catharina* viro.

§. 72.

Anno (MCCC LXXX) Monaſterio Cellenſi præfuit Wittego Abbas, qvi inter alia, ſic ipſo jubente Urbano VI. Pontifice, Monaſterio Dobrilugenſi Parochiam Kirchhayn, ejusdemq; Eccleſiæ Sanctæ Mariæ altare, qvæ olim ad Archidiaconatũ Luſizenſem ſpectaverant, & à Nicolao Miſnenſi Epiſcopo ad facilius tolerandos ſumptus, in hoſpitum freqventiore exceptione faciendos, acceperant, qvo tutius forte poſſidere impoſterum poſſet, peculiari Diplomate, ac qvaſi Pontificis vice addixit, addictaq; confirmavit; ex qvo ſimul & diſcimus tum magna in dignatione apud Sedis Apoſtolicæ Præfectos ſemper fuiſſe Abbates Cellenſes, tum qvoq; hoc tempore Franciſcum Cellarium, Johannem, Portarium, & Nicolaum Cuſtodem ibidem fuiſſe. At cum utræq; literæ & Urbani Pontificis, & Witegonis, Cellenſis Abbatis, memorabilia nonnulla contineant, illas & hic addemus, ac primum qvidem ipſius Pontificis Urbani, qvæ ita habent.

URbanus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, *dilecto filio, Abbati veteris Celle Miſnenſis Diœceſis* ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

luſtis

juſtis & humilibus ſupplicibus veſtris libenter annuimus, illas usq; proſeqvimur favoribus oportunis. Exhibita ſiqvidem nobis nuper pro parte dilectorum *Abbatis & Conventus Monaſterij de Dobirluc, Cistercienſis Ordinis, Miſnenſis Diœceſis*, petitio continebat, qvod olim *Venerabilis frater noſter Nicolaus, Episcopus Miſnenſis, provide attendens, qvod dictum Monaſterium, tam propter hoſpitalitatis onera, qve ipſum Monaſterium jugiter oportebat ſubire, qvam etiam ex multis aliis cauſis erat in ſuis facultatibus adeo diminutum, qvod predicti Abbas & Conventus neqvibant in eodem Monaſterio congrue ſuſtentari & incumbentia eis onera ſupportare, parrochialem Eccleſiam in Kirchhayn dicte Diœceſis & altare Sancte Marie in eadem Eccleſia ſitum, qvorum jus Patronatus ad predictum Monaſterium pertinebat, & qvorum fructus ad X. marcas argenti pro decimarum exactione exiſtunt*, de conſilio & conſenſu dilectorum filiorum *Capituli Eccleſie Miſnenſis predicto Monaſterio*, ſalvis tamen *juribus predicti Epiſcopi*, & ſuorum ſucceſſorum Miſnenſium pro tempore exiſtentium, & *dilecti filii Archidiaconi Luſicenſis in Eccleſia Miſnenſi, auctoritate ordinaria incorporavit*, prout in qvibusdam literis avtenticis inde confectis dictorum Epiſcopi & Capituli ſigillis munitis dicitur plenius contineri. Qvare pro parte ipſorum Abbatis & Conventus nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut *incorporacionem hujusmodi auctoritate, Apoſtolica confirmare dignaremur, & approbare de gratia ſpeciali. Nos igitur de premiſſis certam noticiam non habentes*, ac volentes predictum Abbatem & Conventum favore proſeqvi gratioſo, hujusmodi ſupplicationibus inclinati, *diſcretioni tue per Apoſtolica ſcripta* mandamus, *qvatenus ſi ad id Archidiaconi predicti, ad qvem inſtitutio dicte eccleſie de antiqva & approbata, & hactenus pacifice obſervata conſvetudine dicitur pertinere, accedat conſenſus*, eisdem, *Abbati & Conventui, auctoritate Apoſtolica concedas, qvod hujusmodi incorporacio de Eccleſia et altari predictis*, qvorum fructus, reditus & proventus centum & qvinqvaginta aurei valorem annuum, ſecundum communem eſtimationem, ut aſſeritur, non excedunt, ut premittitur, facta, & qvecunqve inde ſecuta, *proinde usq; ad decennium à tempore, qvo ipſe Abbas & Conventus Eccleſiam & altare predicta fuerint vigore incorporacionis hujusmodi pacifice aſſecuti, valeant, & plenam obtineant firmitatem, ac ſi per nos eadem incorporacio fuiſſet auctoritate Apoſtolica ex certa ſcientia confirmata.* Datum

M Ro-

Rome apud ſanctum Petrum, III. Idus Aprilis, Pontificatus noſtri anno ſecundo.

Qvod Pontificis mandatum poſtea Wittego, Abbas, hisce literis executus eſt.

IN nomine Domini Amen. *Witigo*, Dei & Apoſtolice ſedis gratia, *Abbas Monaſterij veteris Celle, Miſnenſis Diœceſis* omnibus & ſingulis tam preſentis evi, qvam future poſteritatis Chriſti fidelibus, ad qvorum notitiam preſentes litere pervenerint ſalutem in Domino ſempiternam. Literas *ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri, Domini Urbani*, divina providentia *Pape ſexti*, filo canabis ac more ſolito bullatas, non raſas nec abolitas, ſed omni ſuſpicionis vicio carentes recepimus in hec verba: *Urbanus, Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei* etc. qve ſic finiunt: *Datum Rome apud ſanctum Petrum III. Idus Aprilis Pontificatus noſtri anno ſecundo.* Poſt qvarum literarum receptionem accedens ad noſtram preſenciam *Reverendus Pater, Dominus Theodericus, Abbas Monaſterij Dobirluc, Ordinis noſtri*, videlicet *Ciſtercienſis, dicte Miſnenſis Diœceſis*, qvoddam donationis & incorporationis Privilegium infra ſcriptum ſibi & ſuo Monaſterio predicto per venerabilem Patrem & Dominum noſtrum, *Dominum Nicolaum, Dei & dicte ſedis Apoſtolice Gratia, Epiſcopum Miſnenſem*, conceſſum, ſuiqve ſigilli appenſione munitum, in qvo, & per qvod *Eccleſiam Parochialem in Kirchhayn predicte Diœceſis, & altare ſancte Marie in eadem Eccleſia ſitum* legitime incorporavit Monaſterio ante dicto, coram nobis exhibuit & produxit, ac devote & humiliter ſupplicavit, *qvatenus idem privilegium ac incorporacionem & appropriacionem in ipſo contentas auctoritate & virtute literarum Apoſtolicarum ſupra dicta confirmare dignaremur.* Nos igitur volentes, ut debemus, mandatis Apoſtolicis fideliter obedire, viſo & intellecto plenius ipſius privilegii tenore, atqve ſervatis ſervandis per *plurimos fide dignos edocti comperimus, qvod ex piis cauſis & racionabilibus, utpote ad ſublevandas predicti Monaſterij inopias & indigencias, qvas propter hoſpitalitatis onera, & aliis multis ex cauſis continue patitur, incorporacio dicta proceſſit*, & de radice caritatis miſeracionisqve emanarit affectu, qvodqve *de unanimi & concordi beneplacito & expreſſo aſſenſu Archidyaconi Luſicenſis, ad qvem inſtitucio Rectorum*

dicte

dicte Eccleſie & altaris pertinet, totiusq; Capituli Eccleſie Miſnenſis, actum eſſe noſcitur, prefati Domini Abbatis precibus inclinati, prenominatum & ſubnotatum Privilegium ac *collacionem, incorporacionem & appropriacionem* de prelibata *Eccleſia & altari in Kirchhayn factas*, & in *ipſo privilegio contentas laudamus, ratificamus, & approbamus, & tenore preſencium, & auctoritate Apoſtolica, & ex certa ſcientia confirmamus*, ita qvod predictus Dominus Abbas, & Conventus ſui Monaſterii predicti, & omnes eorum ſucceſſores *dictam Eccleſiam in Kirchhayn, & altare Sancte Marie ejusdem Eccleſie regere valeant*, & aſſociare juxta mentem & continentiam privilegii predicti per *ſeculares Clericos, vel ſui Monaſterij Monachos, prout ipſis conveniencius videbitur, & magis noverint expedire, fructusq; eorundem beneficiorum, reditus, proventus, oblaciones & obvenciones percipere, poſſidere, & habere.* Nihilominus eadem autoritate Apoſtolica eisdem, Abbati & Conventui, concedimus, *qvod à tempore, qvo ipſi Eccleſiam in Kirchhayn predictam & altare ejusdem Eccleſie fuerint vigore hujusmodi incorporacionis aſſecuti, ipſa incorporacio, ut in privilegio dicitur eſſe facta, & qvecunq; inde ſecuta valeant, & plenam obtineant roboris firmitatem, ac ſi per prefatum Dominum noſtrum Vrbanum, Papam ſextum, eadem incorporacio fuiſſet auctoritate Apoſtolica ex certa ſcientia confirmata.* Tenor vero predicti Privilegii incorporacionis ſive unionis ſic incipit: *Nicolaus Dei Gratia, Epiſcopus Eccleſie Miſnenſis, Apoſtolice ſedis Nuntius* &c. finis vero talis eſt: *Datum in Caſtro Stolpen* &c. Subſcriptio vero talis eſt: *Et nos Nicolaus totumq; Capitulum* &c. Actum in *Monaſterio Veteris Celle predicto Anno Domini* MCCCLXXX in die B. *Bernardi*, Abbatis & Doctoris egregii, preſentibus religioſis & diſcretis viris, fratribus, *Franciſco* Cellerario, *Johanne* Portario, & *Nicolao*, Cuſtode dicti Monaſterii, Domino *Nicolao*, Plebano in veteri *Ranſtete*, ſtrenuis qvoqve viris, *Johanne de Maltitz*, *Hermanno* de Reynberg, & *Thoma* dicto Gleſer, aliis qvoqve pluribus fide dignis teſtibus ad ſupra ſcripta vocatis ſpecialiter & rogatis. In qvorum omnium premiſſorum evidens teſtimonium & perpetuum firmamentum preſenti facto *Johannem Berlyn* publicum *Imperiali autoritate Notarium* adhibuimus, nomineq; & ſigno ſuis proprio, ſolito, & conſveto fecimus preſens privilegium & mandavimus comuniri. *Subſcriptio Notarij: Et ego Johannes dictus Berlyn* &c.

§. 73.

Anno MCCCLXXXIII. Burchardus, Abbas Vetero-Cellenſis, propter inopiam bona quædam potius Miſnenſi Epiſcopo, Nicolao, vendere, quam ab uſurariis exhauriri voluit.

Id nobis prodit Fabricius in Annalibus Miſnenſibus p. 55.

§. 74.

Anno MCCCLXXXVIII. Franciſcus, Abbas Cellenſis, Roſwinenſibus paſcua quædam in monte duro (Hartenberge) & valle Diaboli (vulgo ſic vocato) in feudum conceſſit, pro quo beneficio Roſwinenſes Abbati Cellenſi ſingulis annis ſemiamphoram cereviſiæ in die Walpurgis ſiſtere viciſſim tenentur.

Hoc notitiæ cuidam debeo Anno 1388. die S. Laurentii a Nicolao Heinrichsdorffio Prætore, Dieterico Beiero, Hentſchelio de Moche, aliisque ex Senatu Roswinenſi Abbati dicto, Franciſco, datæ.

§. 75.

Vixit circa hæc tempora Antonius, Abbas Cellenſis, ex Oppidulo Miſniæ, Mitweida, oriundus, Artium liberalium Magiſter, ac Theologiæ Baccalaureus, Orator inſignis, multæq; apud Matthiam, Ungariæ Regem, dignationis, ſcriptis etiam non unis longe inclytus.

Hoc etenim nomine non ſolum *L. Joach. Fellerus* in Cygnis ſuis quaſimodogenitis Lit. A. 2. 3. Mitweidam extulit, ſcribendo: Protulit Mitweida *Antonium, Abbatem olim Cellenſem &c.* Sed & diu jam ante *Autor Scriptorum inſignium, qui in celeberrimis præſertim Lipſienſi, Wittenbergenſi & Francfordiana ad Oderam Academiis a fundatione ipſarum uſq; ad annum Chriſti 1515. floruerunt, a* Joachimo Johan. Madero a. 1660. Helmſtadii editus, & inpoſterum nobis ſæpius citandus, idem nos & luculentius nonnulla edocuit, quem Monachali, hoc eſt rudiori

lingua

ſingua de hoc noſtro Antonio loquentem ipſum audire juvabit n. LXX. Lit. F. 2: *Antonius*, Abbas, *& ipſe quondam* Cellenſis, *natione* Theutonicus, *ex oppido* Mitweidis, *provinciæ Miſnenſis*, Artium liberalium Magiſter, *&* Theologiæ Baccalaureus, vir *&* morum probitate, *&* honeſtate vitæ *conſpicuus*, Orator facundiſſimus, *cujus* eloquentia *&* literarum elegantia admirationi multis *fuere*, *præcipue* Regi Ungariæ Matthiæ. Scripſit *vero venerabilis & dilectæ memoriæ Pater* Epiſtolas plures *ad diverſos, quæ & in magno pretio habentur ob elegantiam. Item* Sermones ad Clerum.

§. 76.

Circa Annum MCCCXC. quiete victurus laudatus Antonius, Abbas Cellenſis, ſponte officio ſuo abdicavit.

Debemus hoc modo laudato Autori Maderiano, qui loco citato ita de eo: Renuntiavit ſponte Abbatiam ob vitæ quietioris rationem, *non, ut quidam impudentiſſimus blaſtero ac mendaciſſimus in quodam* epiſtolandi modo falſiſſime ſcribit, a Fratribus propriis dejectus & depoſitus. Atque ex hoc vel ſimili fonte manaſſe ea credo, quæ nobis de eo Fabricius propinat in Annalibus Miſnenſibus p. 55. ad annum 1385: *Hujus* (Johannis III. Epiſcopi Miſnenſis, qui ab anno 1385. præeſſe cœpit Diœceſi & Epiſcopatui Miſnenſi,) temporibus *Antonius, Vetero-Cellenſis Abbas*, chymiæ deditus, & rerum ſacrarum negligens, a ſuo munere depoſitus, *redigitur in ordinem*.

§. 77.

Anno MCCCXCIV. Wilhelmo, Marchione Miſnenſi, & Thuringiæ Landgravio, lites multas variasque inter Rudolphum, Albertum & Wenceslaum, Duces Saxoniæ, ex una, & Abbatem Dobrilugenſem, Lupoldum, totumque Conventum hujus Monaſterii ex parte altera feliciter componente, teſtis compoſitionis hujus cum aliis, ſed primarius tamen, extitit Franciſcus, Abbas Vetero-Cellenſis.

Pluribus id ediſſerit ipſum Wilhelmi diploma, hoc anno ſuper iſta confectum, quod cum candoris Germanorũ documentum, originem precariarum (der Beten) ex quibus poſtea collectiones (die Steuren) enatæ ſunt, Abbatemq; novæ Cellæ nos edoceat, non indignum reputamus, quod & hic legatur.

WIr Wilhelm/ von GOttes Gnaden/ Margrave zu Miſſen/ Lantgrave in Thüringen/ und Pfaltzgrafe zu Sachſen/ bekennen öffentlich/ und thun kundt mit dieſen Brife/ als die Hochgeborne Fürſten/ Herrn Rudolff/ Albrecht und Wentzlaw/ Hertzogen zu Sachſen/ unſere liebe Ohemen uf eynem Teil/ und der Erwirdige Herr/ Luppold/ Abt zum Dobirluge/ und der gantze Convent uf den andern Teil/ alle ire treige/ ſchedunge/ Zweytracht/ und Geſchichte/ und Brüche/ di ſich zwiſchen in von beyden Seiten und irn Helffern biß uf diſen heütegin Tag forlaufen habẽ/ by uns/ ſy der zu entſcheidene/ gentzl. geblebn/ und uf uns gegangen ſind/ und wir uns derſelben irer Gebrechen/ als obgenant iſt/ durch irer beider Bete willen angenommen haben/ Habin wir ſie geſchieden/ und zwiſchen in usgeſprochen/ als hirnach geſchriben ſtet/ daß ſie auch beyder ſyt feſticlichen gelobt haben zu haldene. Zum Erſten haben wir usgeſprochen/ und geſchieden/ daß alle Sachen/ Brüche und Geſchichte/ und alles/ das ſich zwiſchen in und irn Helffern von beyden Syten biß uf diſen heütigen Tag forlaufen habn/ und geſchehen ſind/ und alle di domit begriffen ſind/ ſie ſyn geiſtlich/ oder weltlich/ gäntzlichen und zumale gerichtet/ geſünet/ hingeleget ſyn ſüllen/ und ſol eyne gerichte Sache ſyn ane arg/ und alle gevangene/ und Schatzungen/ und Gedingniſſe/ die nicht bezahlet ſint/ ſullen auch ledig und loß ſeyn; auch ſo ſullen unſer Ohemen dem GOttes-Huße und Convente zum Doberluge aller irer Eldern/ irs Vatir und Vettern Brieffe/ di der Abt zum Dobirluge und der Convent hat/ gnediclichen vor Mittevaſten/ di

Schrifft

Schrifft kennen/ beſtetigen/ und Confirmiren/ und auch di halten/ und nicht ůbervorn ane arg/ und das Cloſter zum Dobirlug gnediclichen ſchůtzen/ und verdeidygen/ als ire Eldern vorgitan haben ane geverde. Wer auch daß unſer Oheimen von Sachſen obgenant eyne Bete yn irn Lande hieſchen / und nemen wolden/ wůrden ſie in deme den Abt und Convent zum Dobirluge auch bitten / wollen ſi in denne icht gebin mit guten willen / daß můgen ſi tun / ob ſie wollen / und ſullen darvon unverdacht blyben/ gebin ſi auch unſern Oheimen von Sachſen icht mit guten willen / daß ſullen unſere Oheimen vor kein Recht noch Gewonheit haben/ und das ſol auch Abte und Convents keynē Schaden bringen an iren Rechten ꝛc.

Bey diſen Teidingen ſind geweſt/ und ſind Gezůge di Erwůrdigin/ Edele/ und Geſtrengen/ Herr Franze/ Abt zur Cellen by Miſſen/ Herr Diterich/ Abt zur nůwen Cellen/ Herr Otte/ Schencke von Sydaw/ Herr Offe von Sliwen / und andere viel Epte/ Rittere/ Knechte/ und bidirlůte/ den wol zu gleiben iſt/ gegeben zu Turgaw/ nach GOttis Geburth dreyzin huntert Jar/ darnach yn dem vir und nůntzigſten Jare an dem Vrůtage vor dem Suntage/ als man ſinget Invocavit.

§. 78.

Anno MCCCXCVII. die 15. Julii mundo valedixit Miſnæ Catharina, Henrici XII. Comitis Hennebergenſis, filia altera, Friderici ſtrenui uxor, quæ marito Coburgum, Konigsbergam, Sonnebergam, Neoſtadium, Rodachium, Umbſtadium, aliasque arces dotis loco attulerat, hincque Cellam translata, ad latus mariti, & quidem ultima ex Principibus, fuit condita, magnifico Monumento ipſi ibidem, teſte Fabricio, cujus tempore id adhuc exſtitit, erecto, hodie tamen non amplius viſendo.

Dictum annum & diem emortualem non ſolum diſtincte ſed &

& ſine contradictione referunt Scriptores, nominetenus *Fabricius* Orig. S. p. 681. & in Annal. Miſn. p. 55. *Albinus* Chron. Miſn. p. 294. ubi absque dubio ex errore typographi 1307. pro 1397. legendum eſt. *Spangenbergius* Chron. Henneb. p. 199. *Fauſtus* Stem. Sax. p. 142. *Reuſnerus* Gen. Wittik. p. 38. *Clauderus* Stem. Sax. p. 37. *Henningeſius* T. 3. Gen. p. 17. Dn. *Lairitzius* Palm. p. 226. P. M. *Sagittarius* de locis ſepulchr. D. S. L. A. 3. *Rempius* Calend. Sax. p. 196. *Krentzheimius* Chronol. *Brunnius* in Triade Elect. p. 244. *Hœnnius* Geneal. Wittik. Ac licet *Albinus* loco cit. referat, quosdam Portæ eandem ſepultam tradere, iſtis tamen non ſolum a ſupra laudatis Scriptoribus omnibus contradicitur, ſed & teſtimonio ſat luculento ſunt Monumenta & Epitaphia nonnulla, quæ olim ibidem accepit, & a Fabricio & aliis deſcripta, ac ad noſtra uſque tempora conſervata ſunt, de pietatis quamvis affectu magis, quam ingenii acumine teſtantia. Sunt autem ſequentia:

Als man ſchreib in dem GnadenJar Milleno & trecenteno,
Dazu Sieben und neünßig zwar/die Julii ter quino,
Von Henneberg Fraw Caterin/ Miſnenſis Marchioniſſa,
Des Landes-Zier der Tugend-Schrein tumba conditur in iſta,
HErr JEſu Chriſt! wir dich bitten cum cordis devotione,
Du wolleſt ire Sele behüten ab inferni voragine,
Daß wir würdig werden mit ir/ verum aſſequi ſolamen,
So wir ſcheiden von dannen ſchir te ſemper laudare. Amen.

Nec melioris venæ eſt alterum:

Dreizen hundert Jar nach Criſti Geburt/
Siben und neünßig ſchreib man mut/
In aller Apoſtel Teilunge
Begrub man des Landes Zierunge/
Von Henneberg Frau Catherin/
Zu Meiſſen eine Marggreffin/
GOtt laß ſi ruhen ewiklich
Das bitten wir alle inniglich.

Claudimus denique illo, quod tumbæ illius olim fuit inſcriptum, teſtibus *Spangenbergio* in Chron. Henneberg. p. 199. & *Fabricio* in

Annal.

Annal., Miſnenſibus p. 55. & ſimul etiam *Conditorium illud illuſtre*, poſtquam per 224. annos Marchionum Miſnenſium recepiſſet exuvias:

Hac Catharina cubat tumba, quæ gloria matrum,
Illuſtrisque fuit, quæ ſtudioſa viri.
Oderat hæc luxum, nec pulchra monilia geſſit,
Indelibatæ ſimplicitatis amans.
Prima dedit partu, primum Electoris honorem
Qui tulit, eximio præmia digna viro.

§. 79.

Anno MCCCCXIV. Johannes IV. Præſul Miſnenſis (Hoffmañ' alias dictus) Schweidnitzio-Sileſius, ad Synodum Conſtantienſem profecturus ad ſumptus, qui ad iter hoc longinquum requirebantur, facilius tolerandos Oppidum Noſtam, quod anno 1357. Wittigo II, Miſnenſis Epiſcopus, Diœceſi ſuæ per emptionem adjecerat, Heinrico, Oderano, Abbati Vetero-Cellenſi, vendidit.

Videantur *Fabricij* Annales Miſnenſes p. 58. *Fauſti* Chronicon Miſnenſe p. 17. *Peckenſteinij* Theatr. Sax. Part. II. p. 20. Monumentum quoddam Epiſcopale habet, quod illa pecunia viatici quaſi loco ipſi fuerit: Er habe das Geld vor ſolches Stådtgen zum Zehr-Pfennige und Reiſe-Koſten auffs Concilium nach Coſtnitz vereuſſert.

§. 80.

Circa hæc tempora MCCCCXV. eximiæ eruditionis fama floruit Matthæus, Monachus profeſſus Aulæ Regiæ in Bohemia, Ordinis Ciſtercienſis Monaſterii, Liberalium Artium Magiſter, SS. Theologiæ Profeſſor, ac ſubtilioris ingenii Philoſophus, multum qui propterea & Huſſo diſputando ſeſe oppoſuerat, hincque, ejus partibus creſcentibus, Bohemiam deſerere coactus, in Cellam veterem, velut in Patmum ſuam, ſe contulerat, multisque ibidem editis ſcriptis inclaruerat.

 Teſtis

Teſtis ejus, quod diximus, ſit iterum *Autor Maderianus*, qui N. LXXIV. Lit: F. 2. b. de hoc noſtro Matthæo ſequentia reliquit: Matthæus Monachus profeſſus Monaſterii Aulæ Regiæ in Bohemia, D. Ciſtercienſis Ordinis, *vir in ſacris literis eruditiſſimus, & ſeculari Philoſophia nobiliter & affatim inſtructus*, Artium Magiſter, & S. Profeſſor Theologiæ; *Philoſophus & Dialecticus acutiſſimus.* Hic diſputando Johannem Huß, *hæreſiarcham, divinarum Scripturarum autoritatibus & rationibus glorioſe vicit: ea propter* Huſſitarum inſidias *permetuens, e Bohemia ad* Monaſterium veteris Cellæ ſe tranſtulit; *iſticque complura edidit, quæ uſque hodie in* ampliſſima & pulcherrima prædicti Cœnobii Bibliotheca *extant, & haud parum eam illuſtrant: Inter quæ ſubnexa habentur:*

Super ſummas Quæſtionum Lib. IV. Incipit: *Jeſu Chriſti gratia directrice humiliter poſtulata &c.*

Lecturam ſuper Evangelium Matthæi Lib. I. Iſte liber totalis Evangelicus.

Commentarios in hymnos Ciſtercienſis Lib. I. Stephani primi Martyris.

Super tres quinquagenas Pſalterij tria grandia & aurea Volumina, quorum primum incipit: *Aperiam in Pſalterio propoſitionem meam.* Secundum: *Quid gloriaris in malitia &c.* Tertium vero: *Domine Exaudi orationem meam &c.* Claruit tempore *Concilij Conſtantienſis.*

Quod Autor Monachus de convictione Johannis Huſſi ex Scriptura glorietur, ejus certiorem demonſtrationem adhuc expectamus; nam ſi hoc factum fuiſſet, inſidias metuere Huſſitarum non habuiſſet opus, qui nihil magis cum Huſſo urgebant, quam ut ille convinceretur ex verbo Dei. Velitationes dialecticas & ſophiſticas cum ipſo inſtituiſſe, de facili largimur, de quibus & gloriolæ tabulam ipſi *Michäel Miris*, alius, & ſane non indoctus Veteris Cellæ Monachus, ſuſpendere in Æternitatis Fano adgreſſus eſt in Dedicatione Claudiani Mamerti elegantisſimi libelli de ſtatu animæ, quam infra totam inſeremus, ita pariter de eo perorans: *Illuſtrem quoque Cellam reddunt* Matthæus, *quondam* Aulæ Regiæ Monachus, - -

qui

qui literaria concertatione Johanni Huß Pragæ congrediens, ipſum ſæpe cum Hæreſiarchis omnibus devicit, poſtque nimiam malorum pullulationem e Bohemia *perinde atq; ad Portum Cellæ veniens*, Fratres lectione ſacra inſtituit, *nobiliſſimos in Petrum Lombardum, in Pſalterium, in Evangelium Matthæi, in Hymnos edidit Commentarios, pluraque alia comportavit.* Brevius illa complectitur Joſias Simlerus in Bibliotheca Geſneriana p. 490. b. ſcribens: *Matthæus, Aulæ regiæ Monachus, ſcripſit in P. Lombardum, in Pſalterium, in Evangelium Matthæi, Commentarios in hymnos, pluraque alia.* Cæterum, hunc Matthæum Cellæ non ſolum obdormiviſſe, ſed & corpus ejus ibidem quieſcere, non ſolum B. *Fellerus* affirmat in *de Cygnis quaſimodogenitis* Lit. B. 2. ſed & *Michaël Miris* in ſupra laudata dedicatione, ſcribens: *uterque* (Matthæus & Grunerus) *in Cella ſepultus.* Ex libris ejus ſequentes in Bibliotheca Lipſienſi Paulina hodie adhuc extant.

Matthæi de aula Regia Commentarius in tertiam quinquagenam Pſalterii. Felleri Catalogus p. 180.
- Ejusdem Expoſitio in Hymnos Sacros. ib. p. 180.
- Ejusdem expoſitionis in hymnos continuatio. p. 180.
- in Matthæum p. 73.

§. 81.

An. eodem MCCCCXV. Obiit Pragæ Dominus Heydo (Heydenius) Burggravius de Dona, Eques, Cellam dehinc translatus, ibidemque ſepultus, erecto ipſi ibidem in Templo Cœnobii Monumento, quod non ſolum iconem ejus corpore cataphracti, ſed & inſignia, quæ Cornu cervinum fuerunt, exhibuit.

Verba iſti ſequentia a Monachis erant inſcripta: Nach GOttes Geburt MCCCCXV. Jare/ an der 11000. Jungfrauen Tag/ iſt geſtorben zu Prage der Edle Herr/ Herr Heyde Burggraff von Donyn/ Ritter/ in der Zeit/ als die böſe Ketzerey ſchon über Hand nam/ der hier begraben ruhet in Gotte. Amen.

§. 82.

Circa hæc tempora (MCCCCXV) inſignis eruditionis fama floruit Vincentius Grunerus, (qvem non ſatis recte inter Abbates Cellenſes in Catalogo qvodam MSto collocatum olim reperit Fabricius,) patria Zwickavienſis, qvi, vel ob incrementum dogmatum Huſſiticorum, vel ob denegata Germanis in Pragenſi Academia, à Carolo IV. Imperatore ao. 1360. condita, ubi; jam aliqvandiu non ſine applauſu docuerat, ſuffragia, ex eadem inſigni & Magiſtrorum & Studioſorum numero ſtipatus, Lipſiam, ubi ſvaſu ſuo nova mox à Friderico I. Bellicoſo condita fuit, ſe contulerat, ibiqve, cum per multos annos Juventutem in omni doctrinæ genere inſigni cum fructu inſtituiſſet, ipſiq; Academiæ divinæ humanæqve Sapientiæ Emporii famam cum aliis dediſſet, in Cellenſe Monaſterium deniq; fuit avocatus, ibiqve mortuus & ſepultus.

Neſcio proinde, qvid *Matthæo Dreſſero*, Erfurdienſi primum, dehinc & Lipſienſi Profeſſori Hiſtoriarum & *Johanni Friderico* itidem *Hiſtoriarum ac utriusq; Lingvæ* in Philurea Academia Profeſſori venerit in mentem, qvod ille in Iſagoge ſua Hiſtor. Parte V. de præcipuis Germaniæ Urbibus p. 371; hic vero in *Panegyrico ſeculari de origine, incrementis, & fortuna Academiæ Lipſienſis* anno 1609. publice recitato ac poſtea typis edito, illum faciant *Lipſienſem*, niſi qvod mihi perſvadeam, à *Petro Albino* in Chronico ſuo Miſnenſi Tit. 25. p. 335. *de eruditis Miſnenſibus* agente, ad hoc credendum fuiſſe inductos, ita ibidem ſcribente: *Vincentius Gruner*, zu Leipzig bürtig/ ein fürtrefflicher Schul-Lehrer zu ſeiner Zeit/ iſt unter andern eine Urſach geweſen/ daß Churfürſt Friederich der Erſte/ die Studenten/ ſo von Prage gewichen waren/ zu Leipzig auffgenommen/ und ihnen eine hohe Schul geſtifftet. Derowegen er auch in derſelben neuen Univerſität der erſte Ordinarius Profeſſor Theologiæ worden/ und dieſelbe in ein gutes Auffnehmen bringen helffen/ werden ihm dieſe Bücher zu geſchrieben; Miſſæ libri tres; de qvæſtionibus diſputatis liber.

Germanum natione *Joſias Simlerus*, & ſpecialius aliqvantum *Miſnenſem Zacharias Schneiderus* in Chron. Lipſ. p. 232. perhibet, Matriculam, ut vocant, Univerſitatis ſine dubio ſecutus, in qva ita legas: *Anno Domini 1410. Sabbatho in capite Jejunij electi fuerunt in examinatores Baccalaureandorum de natione Miſenenſium M. Vincentius de Zwiccow*; Et mox: *Anno Domini 1410. Sabbatho ante feſtum S. Georgij electus fuit in Decanum M. Vincentius Gruner de natione Miſenenſium.* Sed Cygnea, ut diximus, oriundum ipſum fuiſſe, non ſolum, id, ita referente Feſſero in Cygnis qvaſimodogenitis Lit. B. & ad Catalogos Rectorum Academiæ Lipſienſis, in qvibus *Vincentius Gruner de Zwickavia* qvoqve vocatur, provocante, adſtruit *Johannes Tritthemius*, Abbas Spanheimenſis, luculentus in rebus Germanicis & ſui temporis Autor, hæcce in Catalogo illuſtrium virorum de eo memoriæ prodendo p. 37: *Vincentius Gruner de Zwiccavia, Doctor Pragenſis & fundator Gymnaſii Lipſienſis, vir in divinis Scripturis eruditus, & in Philoſophia ſeculari egregie doctus, ingenio ſubtilis & clarus eloqvio; edidit non ſpernendæ lectionis opuſcula, qvibus nomen ſuum ad notitiam poſteritatis cum gloria transmiſit.* In laudes vero ipſius ſeſe magis diffundit *Autor Maderianus*, qvando hæcce nobis & poſteritati N. XXVII. de ipſo reliqvit: *Vincentius Gruner, natione Miſnenſis, Patria Zwiccavienſis, diſciplina Lipzenſis, Collegij majoris Collegiatus, vir in liberalibus & tota Philoſophia undecunq; doctiſſimus. Hic poſt translationem Pragenſis Studij in Lipzs multos per annos cum magno Scholarium proventu in Philoſophia deſudavit; atq; cum pene totam vitam in aliorum eruditione abſumpſiſſet, reliqvit præter cætera qvædam ingenij ſui præclari Monumenta pro pueris edita, qvibus ſe memorandum mandavit; ex qvibus ſuper extant apud Lipſzenſes Grammaticæ Lib. I. Rhetoricæ Lib. I. Qvæſtionum diſputatarum Lib. I. & ſuper Canonem Miſſæ Lib. I. & qvædam alia, qvæ temporis intercapedo interrupit. Claruit autem Anno Domini 1410. Rector Studii. Henricus* deniq; *Panthaleon* hoc ex re & vero ipſi in Parte II. Proſopographiæ fol. 370. ſcripſit Encomium: *Vincentius ille vir erat in Scripturis ſacris & humanioribus literis doctiſſimus, docendi tamen* (pro more ejus ſeculi) *Scholaſticus.* Hinc non mirum, qvod tanta *eruditionis laude jam inclytus, Magiſter præterea Artium, ac Theologiæ Doctor tantaq; ab eloqventia inſtructus*, Germanis in tres Nationes Pragenſi

N 5 in

in Academia diviſis, ac tribus inſuper ſuffragiis excluſis, incrementaqve Huſſiticæ doctrinæ in dies timentibus facile perſvaſerit abitum, ac ſolenniter per *M. Henricum Boldenhagen depoſitis Rectoratus Inſignibus*, reditum in patriam inſigni Comitatus Studioſorum & Doctorum multitudine inſtituerit. Lipſiam ergo delatus cum ſuis, non deſtitit hortari ac inſtare apud Illuſtriſſimum Principem, qvem pronum promptumqve alias ad promovenda ſtudia invenerat, ut pedem exulantibus Studiis hic figere, ac ſub umbraculo ſuo nidulari ipſis liceret, ſufficienti illorum ſuſtentatione præmiisqve etiam ſubinde conſtitutis, exoptatisſimis diu illic perfrui halcyoniis. Incredibile prope auditu eſt, qvod referunt Bohemicarum rerum Scriptores, intra octituduum fere vicies mille, &, ſi Hagecio credere velimus, qvadragies mille Magiſtrorum, Doctorum, Baccalaureorum, & Studioſorum Praga diſceſſiſſe, qvorum non pauciſſima pars, poſtqvam de nova celeberrimaqve literarum officina inaudiviſſet, poſtmodum huc ſe contulit, obtinuitqve Gruneri noſtri qvod plures, ut audivimus, memorant, & ipſi jam effati ſumus, interceſſione, ut commodum illis eſſet atqve per omnem vitam profuturum hoſpitium, fundatoris Academiæ Lipſienſis nomen cum paucis exinde ſortiti. Dehinc & hoc ſingulare eſt, & hujus loci commemoratione non indignum, qvod ſicuti in nova Academia magna omnium, qvorum intererat conſenſione, ſtatim Theologiæ Profeſſor ordinarius (teſte Dreſſero) ita & eadem primus Theologicæ & ſecundus Philoſophicæ Facultatis Decanus fuerit conſtitutus, ac qvod magis eſt, poſt *M. Joh. Ottonem de Monſterberg & M. Helmoldum de Soltwedel* tertius Academiæ Lipſienſis Rector anno 1410. die S. Galli publice renunciatus, atteſtantibus id non ſolum *Fellero* in Cygnis qvaſimodogenitis lit. B. 1. & 2. ſed & *Heidenreichio* & *Schneidero* (p. 312. 332.) in ſuis Chronicis. Credibile tamen eſt, imo vero prorſus conſonum, illum viribus corporis in tradendis juventutis vitæ ac doctrinarum præceptis abſumptis, ingruenteqꝫ ſenectute in Cellenſe Cœnobium fuiſſe evocatum, ut ibi ſenior jam honeſto in otio ſeniores æqve Patres

ac

ac juniores Monachos viva voce non ſolum ac præceptis ſaluberrimis inſtrueret, ſed & exemplo cummaxime præiret puræ innocentisque vitæ. Laudat hoc inter alia totidem verbis Michaël Miris in ſupra laudata Dedicatione, ſcribens: *Illuſtrem quoque Cellam reddunt Matthæus, quondam aulæ Regiæ Monachus, ac* Vincentius Grunerus, uterque in Cella ſepultus, *quorum alter* (Grunerus) Lipſienſis Gymnaſii primus Decanus *ex Pragenſi Academia, in* Cella grammata quædam pulchra, *deniq; in officium Miſſæ explanationes conſcripſit.* Nam & hoc tenendum eſt, Monaſteria, ut olim omnia, ita & cumprimis hoc noſtrum Cellenſe Monaſterium antrum Muſarum ſacrarum, διδασκαλεῖον & φ[illegible]ριον literarum fuiſſe, ex quibus egregii Eccleſiæ Doctores, doctique cenſus homines non ſecus ac ex equo Trojano ſemper prodierant, de quo & pluribus infra, Michaelis Miri Dedicatio, quam totam inſeremus, nos inſtruet, hoc nomine cumprimis attendenda. Famoſum quippe ſemper exſtitit Monaſterium, in quo XIV. Profeſſores bonas Auditoribus docebant artes, fratrumque numerus ad octogenarium uſque redibat. Gaviſa eſt ſemper Abbatibus eruditione præſtantibus, ac multarum rerum uſu confirmatis, uti in ſequentibus audiemus. Sed ut ad Grunerum noſtrum redeamus, hoc ſaltem de eo addere adhuc volumus, illum, exantlatis laboribus, in dicto toties Cellenſi Cœnobio & corporis accepiſſe requiem, id non ſolum clare nobis prodente Michaele Miro, Galliculo, Monacho & ipſo Cellenſi, in Dedicatione, quam mox afferemus, ſed & manu, ipſo id referente B. Fellero, neſciente cujus, quæ Trithemii ſupra citatis verbis hæcce in margine olim adſcripſerat: *in veteri Cella ſepultus.* Ingenii monumenta denique ejus, quod concernit, de iis præter illa, quæ ſupra adduximus, & *Joſias Simlerus* in *Bibliotheca Geſneriana* Tiguri 1574. in forma folii, ut vocant, edita, hæcce: *Vincentius Grüner, natione Germanus, ſcripſit ſuper officio Miſſæ Lib. 3. quæſtiones diſputatas Lib. 1.* & quædam alia. Vixit 1410. Quæ, ſi in unum colligamus, forte fuerint ſequentia.

Super Canonem Miſſæ Liber I. Autor Maderianus, I. c. Si non unus eſt cum ſequenti.

De

De officio Miſſæ Libri tres. Albinus l. ſupra cit. Michaël Miris in Dedicatione cit. Simlerus l. c. Extare hos adhuc in membrana ſcriptos hodie in Bibliotheca Lipſienſi teſtis eſt Fellerus in Cygnis quaſimod. Lit. B. 2. & in Catalogo. MStorum Biblioth. Lipſ. p. 180.

De quæſtionibus diſputatis. Lib. I. Albinus loco ſupra cit. Autor Maderianus l. c. Simlerus l. c.

Grammaticæ Lib. I. vel, ut Fellerus pleniorem nobis dedit titulum, *Compendium artium pro Baccalaureandis Grammaticæ, ſcilicet, Logicæ, Phyſicæ, & Aſtronomiæ.* Videatur Felleri Catalogus MStorum Bibl. Lipſ. p. 324.

Rhetorica, ſive de Compoſitione Epiſtolari L. I. Autor Maderianus l. c. Fellerus Catalog. MStorum Bibl. Lipſ. 4to. p. 360.

§. 82.

Circa hæc tempora Nobilis quidam de Marſchal obiit, in Cella ſepultus.

§. 83.

In annum MCCCCXL. circiter incidit, quod Illuſtriſſimorum Marchionum ſepultura a Cœnobio Vetero-Cellenſi, in quo antea ultra ducentos annos fuerat facta, ſive quod Templum corpora eorum non amplius caperet, quod tamen vix credibile, ſive ex arbitrio ſequentium Marchionum, ſive majoris, quod veritati accedit proxime, ſecuritatis ergo, Miſnam in Templum Cathedrale, quod in monte & intra arcis mœnia eſt, translata fuerit, a Friderico II. Electore, Sacello, Principum Conditorio, magnifice ibidem hoc anno exſtructo; quanquam, ſi Fridericus I. Bellicoſus & ibidem humatus fuerit, id jam a. 1425. fuiſſet factum.

Pluribus id perſequuntur Fabricius in Annal. Miſn. p. 62. Fauſtus in Chron. Miſn. p. 65. Albinus in Chronico Miſnenſi Tit. 22. p. 294. Quando ergo Fabricius ſeptem ſaltem Principes in Cella

la ſepultos tradit, referente Albino loco citato, intelligendum id eſt, de iis, qui publicis Monumentis ibidem poſt obitum memoriæ commendati fuerunt, minimum alias 25, ſi Adelam excipiamus, ſi vero addamus, 26. ſequentes, ut ſuperius jam monitum fuit, & ſeries addita docet, non vero 20, ut *Albinus*, aut 31, ut *P. M. Sagittarius* in de locis ſepulchralibus Ducum Saxoniæ autumat, qui iisdem *Juttam*, Theoderici afflicti conjugem, dehinc Popponis, Comitis Henneberg. conjugem, quam in Monaſterio Veſſerano jacere mox dicem', dehinc ex ejus liberis *Theodericum*, Epiſcopum Numburgenſem, Numburgi ſepultum, & *Conradum*, Miſnæ dormientem, *Dietericum*, itidem *pinguem*, & *Fridericum Tuttam*, Dieterici pinguis filium, Seuſelizii potius cubantes, quos omnes jam ſupra ex hac claſſe exemimus, addidit, ibidem quieſcunt.

1. *Otto*, Miſnenſis Marchio. p. 20.
2. *Hedwigis*, Ottonis Uxor. p. 28.
3. *Albertus ſuperbus*, Ottonis filius. p. 31.
4. *Sophia*, Alberti uxor. p. 34.
5. *Adela*, Ottonis filia, (de cujus loco ſepulchrali ſub judice adhuc lis eſt) p. 38.
6. *Theodericus*, Ottonis filius p. 39.
7. 8, 9, 10. *Otto, Jutta, Hedwig, & Sophia*, filius & tres filiæ Theoderici & Juttæ, quæ tamen ipſa ejus Conjux 1235. demortua non *Cellæ*, ſed in *Monaſterio Veſſerano*, in quo & anniverſarium accepit, ſepulta jacet, teſte Spangenbergio Chron. Henneb. p. 107. quicquid Scriptura p. 27. (ſupra etiam referat.
11. *Henricus* illuſtris p. 60.
12. *Conſtantia* Henrici illuſt. Conjux 1. p. 37.
13. *Agnes*, ejusd. Uxor 2. p. 50.
14. *Eliſabeth de Maltiz*, Conjux ejusd. 3. p. 74.
15. *Hermannus Longus*, Henr. illuſt. filius p. 74.
16. *Fridericus* parvus, Henr. ill. filius p. 77.
17. *Henricus exul*, Alberti degen. filius p. 69.
18. *Hedwig*, Henrici uxor. p. 73.
19. *Fridericus*, Henrici *exulis* filius p. 73.
19. *Agnes*, Friderici admorſi conjux prima p. 68.

O 20. *Fri-*

20. *Fridericus* claudus, Friderici admorſi filius p. 75.
21. *Fridericus Gravis* p. 81.
22. *Mathildis*, Friderici gravis uxor p. 78.
23. *Fridericus* ſtrenuus p. 86.
24. *Catharina*, Friderici ſtrenui uxor p. 95.
25. *Fridericus*, Friderici ſtrenui filius p. 84.
26. *Catharina*, Friderici ſtrenui filia p. 85.

§. 84.

Anno MCCCCLI. Johannes Abbas Cellenſis, una cum Antiſtite Miſnenſi in Comitiis Provincialibus Grimmæ à Friderico Placido inſtitutis, juxta cum Caſparo de Schonberg, Epiſcopo Miſnenſi, aliisqve Nobilibus & Senatibus Oppidorum primariorum, denominatus eſt collector redituum Provincialium. (Land Steuer Einnehmer)

Videatur Antonii Weckii Chronicon Dresdenſe p. 439. Ex qvo non obſcure ſimul id colligitur, magna integritatis laude olim floruiſſe hoſce Abbates, multumqve fidei ipſorum fuiſſe concreditum.

§. 85.

Anno MCCCCLXIV. nonnullas leges circa hæreditatem obſervandas (qvas Geradam appellant) Roswinenſibus præſcripſit Abbas Johannes.

Cujus rei teſtimonio eſt liber curiæ Roswinenſis (Stadtbuch) in qvo inter alia: Welche Ordnunge uns denn auch vorgeſetzet iſt durch unſern Gnädigen Herrn zur Cellen / Herrn Johann Honsberg / der Zeit ein Apt / und durch die gantze Samlunge; qvæ verba & nos inſtruunt de Gente Abbatis Johannis, nempe, qvod & aliunde nobis conſtat ex familia Nobilium *de Honsberg.*

§. 86.

Anno MCCCCLXIX. obiit Conradus à Schonberg, Abbas Cellenſis, vir multæ profundæqve eruditionis, (qvod huic nobiliſſimæ Genti hæreditarium prope eſt, ac pro-

proprium) magnæqve apud Fridericum Placidum Electorem exiſtimationis.

Ejus laudes ſic effert Pirnenſis: *Conradus*, Abt im Cloſter Czelle / ſtarb M CCCC LXIX. ſehr gelarth/und bey Churfürſt Fridrichen hochgehalten. Et P. M. Sagittarius in de ſplendore Familiæ Schonbergicæ p. 13. *Conradus in veteri Cella, Monaſterio ad Multam ſito, & ab Ottone divite, Marchione Miſniæ, anno 1162. exſtructo eadem (Abbatis) dignitate circa A. C. 1460. eſt perſunctus.* Idem & tradit Peckenſteinius Theat. Sax. P. II. p. 57. de Nobilibus.

§. 87.

Anno MCCCCLXX. Johannes de Mochau, ſive Meca, Abbas Vetero-Cellenſis, qui Conrado Schönbergio ſucceſſerat, a quodam ſuo Conſanguineo, viro nobili de Mechau ſive Meca pariter dicto, in pago Rauſchlicio prope Döbelam, litigio de villæ cujusdam reditibus inter illos exorto, occiditur.

Videantur Fabric. Annal. Miſn. p. 67. Errare ergo videtur *Laur. Fauſtus*, quando ille in Chronico Miſnenſi p. 17. refert, *Abbatem Cellenſem, Dieterici de Schonberg, 40. Miſnenſis Epiſcopi,* qui ab anno 1463. usque 1476. *præeſſe cœpit Epiſcopatui, temporibus a Monacho* truculenter ac clanculum fuiſſe interfectum.

§. 88.

Anno MCCCCLXXXII. Sacra interdicta fuerunt a Johanne V. Præſule Miſnenſi Abbatibus Cellenſi, Buchavienſi & Dobirlugenſi ob nõ numeratã certã pecuniæ ſummã, qua vero ſoluta, rem divinam rurſus facere potuerunt.

Conf. Fabricius in Annalibus Miſnenſibus pag. 69.

§. 89.

Anno MCCCCLXXXVIII. tumultus non exiguus inter Johannem Abbatem, & Monachos Cellenſes coortus

 eſt,

eſt, qui Abbatem interfeciſſent, niſi ab Henrico ab Heiniz, Canonico Miſnenſe, qui ſingulari fortuna tum erat præſens, fuiſſet defenſus. Is enim arcu contento, quorum duos attulerat, quinque Monachos vulneraverat, reliquis fugatis, ſicque Abbatem ex eorum manibus eripuerat.

Exponunt hoc Fabricius in Annal. Miſn. p. 72. & Mollerus Chron. Friberg. Annal. p. 128.

§. 90.

Circa hæc tempora MCCCCXCIX. vixit Leonhardus Steinmetzius, natione Thuringus, patria Oſtrofrancus, Abbas Vetero-Cellenſis, S. S. Theologiæ Doctor, (ſine dubio Lipſienſis) celeberrimus, Cellæ demortuus & ſepultus.

Non poſſum non hic monere, qvod in *Catalogo qvodam vetere Abbatum Cellenſium* huic Leonhardo alia aſſignetur Patria, nempe *Lichtenfelſum* in Franconia; ita enim nomen ejus erat expreſſum: *Leonardus Lichtenfelſius*, von Lichtenfels / *S. Theologiæ Profeſſor.* Sed maluimus tamen *Autorem Maderianum* præferre, utpote qvi exploratum *magis Leonhardi ſtatum & conditionem habuiſſe videtur*, qvam iſte *Autor incertus ſeriei Abbatum* mancæ, interdumqve *falſæ*, dum Generum etiam Abbatibus inſeruit. Iſte vero de noſtro Leonhardo hæcce n. LXIX. memoriæ prodidit: *LEONARDVS STEINMETZ, natione* Thuringus, *patria* Oſtro Francus, *ſtudio & diſciplina* Lipzenſis, & ipſe Abbas *Monaſterij Cellenſis, Ordinis Ciſtercienſis, S. Theologiæ Doctor celeberrimus; vir multæ doctrinæ. Egregias confecit & anno regiminis Abbatialis & poſt* Sermones ad Clerum, *qvæ cum aliis in dicto habentur Cœnobio.* Moritur *hic venerabilis Pater in* Abbatiali regimine & cura, ſepultus in Cella, *planctus à multis &* Epitaphiis *ornatus.* Duo in hac ejus relatione obſervamus. Primo, qvod *ejus ſermones ad populum adhuc exſtare in Cœnobio aſſerat;* dehinc qvod *epitaphiis ipſum ornatum* dicat. Prius qvod attinet. non dubito illos contineri in illis voluminibus, qvæ *B. Fellerus in Catalogo MStorum*

rum Bibliothecæ Paulinæ, in qvam trauslatam fuiſſe Cellenſem novimus, vel p. 137. notavit ſub titulo : *Homiliarij pars I. II. pars æſtiva* vel p. 150. ſub Rubrica : *Sermones in Monaſterio Cellenſi prædicati à variis fratribus*. Dehinc nec lapidibus aut *æri inſculpta* illum intelligere epit phia autumo, ſed ea qvatuor chartacea, qvæ pariter *B. Fellerus* in Bibliotheca Paulina hodienum exſtare loco citato aſſerit p. 295, ſub titulo : *Epitaphia IV. Leonhardi, Abbatis*, qvæ forte mantiſſæ loco adjungemus.

§. 91.

Circa annum MD. aut ſequentibus obiit Caſpar de Schönberg, Eques Auratus Aquisgrani anno 1486. a Friderico Imperatore creatus ; quique eodem anno Comitiis Aquisgranenſibus cum Alberto, Duce Saxoniæ, anno 1495. vero cum Georgio Wormatienſibus interfuit, Albertoque dehinc & Georgio ac Henrico, filiis, operam in bello Belgico & Friſico addixit, cujus corpus defunctum Cellenſe accepit Monaſterium, Monumentum vero ejusdem, quod effigiem ipſius vexillum tenentis ſiſtit, ex ære conflatum, Templum Trebanum, uno ab Altenburgo diſtans lapide, hodie oſtendit. Verba tabulæ ligneæ inciſa illic additæ, ex quibus & cauſa translationis hujus Monumenti ex veteri Cella datur cognoſcere, vel propterea addimus, quod olim æreum Monumentum Templum Monaſterii Cellenſis continuerit, ita vero ſe habent iſta :

MEMORIÆ
Nobiliſſimi ac ſtrenui Viri, Domini,
Caſparis à Schembergk &c.

Qui genus & nomen clara de ſtirpe ferebat,
Quam gens à pulchro *Myſia* Monte *vocat.*
Eſt meritus ſtatuam *geſtis ex rebus* ahenam,
Limite quo Cellæ clauſtra vetuſta jacent.

Aſt ubi jam melior Sacrorum *apparuit* uſus,
Concidit & regni gloria Papa tui:
Tum ne verſa forent Monumenta Herois aviti,
Vertit ad hunc ſtatuam grata propago locum;
Ne quia corporibus varia eſt fortuna caducis;
Virtutis ſimilem quis putet eſſe ſtatum.
Sed tamen extincti quoque corporis iſta figura
Nos quoque virtutis nomen amare docet.

§. 92.

An. MDIII. Raimundus Peraudi Cardinalis & Alexandri VI. Pontificis Legatus a latere, Miſna Vetero-Cellam mense Januario onuſtus indulgentiis mercenariis veniens, ibidem pernoctavit, Principe dignis ſumptibus a Georgio Duce ibidem exceptus.

Ejus adventum in Urbem Miſnam uti *Fabricius* in Annalibus Miſnenſibus p. 76. refert hiſce: *Raimundus, Cardinalis Legatus a latere, Miſnam venit initio Januarij onuſtus indulgentiis mercenariis*, a cujus famulis Lipſiæ incenſum Cœnobium Paulinum; ita Monachus Pirnenſis ejus aduentum in Cellam talibus: Raimundus Pabſt Innocentii (Alexandri potius) Legat kam 1503. ins Cloſter Zelle/und pernoctirte da.

§. 93.

Hoc tempore (circa annum MDIX.) Cellæ, Abbatis titulo præfuit Martinus de Lochau, S.S. Theologiæ Doctor ac Profeſſor, Ordinis Ciſtercienſis Generalis Commiſſarius, Stemmate nobilis, eruditione præſtans, exemplo gravis, fama inclytus, ingenio ſummus, promovendiſque ſtudiis, emolumentoque Cœnobii natus.

Ipſe cum ingenio valeret, non niſi iſtos viciſſim amabat, qui diſciplinis probe imbuta circumgeſtabant pectora, & vitæ innocentia ſeſe ipſi probarent. Hinc illius ſub inſpectione & ephoria officinā dixiſſes Monaſteriū Cellenſe eruditiſſimorū ac præſtantiſſimo-

rum

rum virorum. Literarum ipſi, Literatorum Fautori ſumo, frequens erat commercium cum *Johanne Capnione*, & *Eraſmo Roterodamo*, at quantis viris! Pellexerat non ſolum in Cellam, ſibique quaſi à ſecretis voluerat eſſe literatorem ſui ævi cum *Eraſmo* ſummum, *Petrum Moſellanum*, qui poſtquam aliquandiu Lipſiæ Juventutem inſtituiſſet, idem poſtea & Cellæ fecit, ad Abbatis tandem dignitatem in Monaſterio Portenſi promotus; ſed viros doctiſſimos inſuper *Michaëlem Mirum*, magnum & literarum & pietatis, Petri Moſellani judicio, *cultorem*, *Michaelem Geitanum*, Michaëlis Miri in infra adducenda Dedicatione judicio, excellentiſſimi ingenii virum, ac Liberalium artium Profeſſoris officio ibidem per viginti & plures annos defunctum, inque humanioribus literis æque ac Muſices peritia eximie verſatum; imo Andream Carolſtadium præbendam, ut vocant, in Cella ſub hoc Martino Abbate ambiiſſe, patet ex ejus literis anno 1519. datis ad Georgium Spalatinum, in quibus (vide Max. Rev. Dn. Olearii Scrinium Antiquar. p. 47.) inter alia hæc: *Si licet, vellim per primarias preces obtinere ſacerdotium, quod ducerem acceptandum &c. de collatione Reverendi Patris Abbatis de Czell Miſnenſis Diœces. aut P. Abbatis apud Numbergam.* Cæterum exſtruxerat amplificandi divini honoris ergo auſpiciis potiſſimum Georgii, Ducis Saxoniæ, *Lipſiæ Divi Bernhardi Collegium*, & ingentibus ſumptibus eo perfecerat, ut 36. Fratres Ciſtercienſis Ordinis ibidem ſuſtentarentur. *Bibliothecam Cellenſem*, alias ampliſſimam, celeberrimam, rariſſimisque Codicibus MStis refertam (hodie in Lipſienſem Paulinam translatam) inſigniter omnis generis libris auxit adeo, tantaque copia, ut raro (Miri in Dedicatione mox adducenda effato) ſit opus aliquod literarum, quod ibi non inveniatur. Qui & ita patebant omnibus, ut non ſolum in Fratrum Cellenſium, ſed & in aliorum doctorum uſum proſtarent omnes. Multos exinde luci publicæ ac priſtinæ lectioni reſtitutos accepimus Codices e quibus jam *Bonifacii Symonetæ Cornu Abbatis opus*, & *Claudiani Mamerti* Viennenſis Epiſcopi *de Statu animæ liber* adduxiſſe mihi ſufficiat, quorum illum (pene divinum & inæſtimabilem ab autore edente jactatum librum) *Hieronymus Emſerus* anno 1509. Baſileæ in lucem protractum publicam viciſſim nomini ſuo inſcripſerat; hunc vero, *Petri Moſellani* potiſſimum

mum cura priſtino nitori reſtitutum, in anno 1519. excuſum *Michaël Miris Galliculus, Monachus Cellenſis* doctiſſimus, illi pariter egregia quadam Epiſtola dedicavit; quæ cum multa contineat, quæ ad ſtatum Cœnobii iſtius plenius cognoſcendum faciunt, multosque inſignis eruditionis Abbates, Monachosque tradat, Martinique Abbatis ingenium deſcribat geniumque, ac ſupra jam multoties ad eam a nobis provocatum fuerit, non poſſumus non illam cum *Petri Moſellani* commendatitia quoad plurimam ejusdem partem hic inſerere.

Petrus Moſellanus
Reverendo in Chriſto Patri ac Domino,
Domino Martino de Lochau,
S. Theol. Profeſſori, Ciſterc. ordin. in Veteris Cellæ Cœnobio Abbati &c.
Domino ſuo obſervantiſſimo P. Moſellanus S.

R*Everende Pater, ac Religionis Tuæ Antiſtes digniſſime.* Exhibuit mihi Religionis item tuæ Profeſſor, *D. Michael Müris, magnus & literarum & Pietatis cultor*, Divi *Claudiani Mamerti, Epiſcopi Viennenſis de ſtatu animæ* venerandæ antiquitatis *libros tres*, hac lege tractandos, *ut mea opera caſtigatiores facti in communem Chriſtiani orbis uſum publicarentur.* Hanc Provinciam, tametſi duram & laborioſam (nam *vetuſtam Bibliothecæ tuæ* exemplar librarii imperitia facillime *depravatum* erat) *duplici* tamen ex *cauſa* ſuſcepi; partim ut *amplitudini tuæ, in cujus honorem cedit hæc publicatio*, gratificarer; partim ut hoc *meo qualicunq; ſtudio rei Theologicæ Studioſos arctius mihi devincirem.* Neqve enim dubito, qvin multi, quos *alioqvin tot mendarum portenta ab opere verè Theologico legendo deterruiſſent, idem emendatum majore cum voluptate, tum fruge, ſint lecturi.* Quid autem attinet hic verbis attollere, *quantis ſudoribus hæc qualiscunq; caſtigatio nobis conſtiterit, quando ipſe, quæ Tua eſt in re literaria ſedulitas, per te facile æſtimare potes; quam ſit arduum pariter & periculo proximum, ex tot modis corupto exemplari aliorum librorum auxilio deſtitutum antiquam & veterem lectionem addivinare.* Jam *Græca*, qvæ *Vir hic non doctus minus, quam ſanctus*, ſubinde ſuis velut *emblemata* qvædam intexit, *ſic erant depravata, ſic latinis figuris inver-*

inverſa, ut ex *ipſis figurarum ruinis vix veræ lectionis veſtigia quædam potuerim cognoſcere*. Quo magis deploranda eſt *majorum noſtrorum, qui trecentos abhinc annos lingvarum præſidio caruerunt, infelicitas*, qua factum eſt, *ut veterum libri omnes depravati adeo ſint, ut plus pene negotij habeamus in eis reſtituendis, quam in ipſis condendis olim habuere Scriptores*. Porro *ne quid alienum mihi arrogem*, & Æſopicæ corniculæ exemplo alienis me plumis conveſtiam, in latinis nobis non parvam opem attulit *Michael Tuus*, cujus ſupra mentionem fecimus, *hoc plane digniſſimus, cui certatim faveant docti & boni omnes, adeo eſt variarum & maxime ſacrarum literarum peritus, adeo integer vitæ ſcelerisq; purus.* Sed quid ego tibi tuos commendo. Bene valeat *R. Paternitas Tua. Lipſiæ* XVI. Calendas Auguſti, Anno reſtitutæ Salutis M D XIX.

Michael Müris

Clariſſimo Viro ac Reverendo in Chriſto Patri

Domino Martino, ex veteri nobiliqve familia de Lochavv orto,

S. Theol. Profeſſori, Cœnobii Veteris Cellæ Ciſtercianæ Religionis Abbati digniſſimo, Frater Michael Müris,

Galliculus, Monachus Cellenſis, integerrimam obedientiam & felicitatem!

QVum, *Ornatiſſime Pater*, audiverim ſæpius *commonitione melliflua Fratres, deniq; filios tuos, te cohortantem*, nil adeo neceſſarium Profeſſioni monaſticæ deditis, omniqve Chriſtiano, *atq; ſe quisq; cognoſcat*: eam vero *cognitionem eſſe veriſſimam, qua ſuam internoſcat quis animam, quam ſi quis norit, facile cogniturus eſt omnia*. Eo itaqve paterno ſvaſu dulcifluo & hortatu factum eſt, quo *fratrum turba, quam numeroſiſſimam ſemper habes, fuerit, eſtq; diligentiſſima, ſolum hoc ipſum noſſe, quod ipſe tu monuiſti, quodq; ſvaſiſti neceſſarium ſcire cuiq;, propriam videlicet animam.* Unde cuncti, perinde quaſi ſolertes apiculæ florum ſuccos colligentes, quisq; tuæ R. P. filiorum *ſic in revolvendis libris eſt diligens atq; ſtudioſus, quo ſeſe melius internoſcat, quo ſuam quisq; propriam aſſequatur animam, per quam & cuncta felicia aſſequi poſſit, ut facile non ſit judicare, ſintne Fratres librorum, an vitæ bonæ*

ſtudioſiores? At ne, qvod verum eſt, taceam; *tam paterne tuos inſtituiſti Fratres, quo tranquillam ipſi piam ſanctamq; vivant vitam, & in lectione ſacra cum ſint ſeduli, tum fervidi.* Mirum, qvam varia (dum *non raro fraterne* conveniunt) Scripturarum odoramenta comportent ac doctrinarum! *Affert quisq; quod bonorum ac veterum librorum excuſſerit, quodve legerit.* Huic optimo fratrum inſtituto ſubminiſtrat abunde, fertq́ ſuppetias *ornatiſſima*, quam Tu, *Reverende Pater*, extruxiſti, *Bibliotheca*, quæ, ut eſt *ampliſſima*, ſic *opera diligentiaq; tua, bonorum fratrum, piorum ac hominum auxilio libris eſt optimis refertiſſima.* Quid ibi, quid artium bonarum, humanarum, divinarumqve literarum non reperitur? Quid in hac, *quod veterum*, quod *neotericorum* eſt *authorum*, non conſpicitur? Prætereo *vetuſtiſſimos, correctiſſimos, raros in omni diſciplinarum genere codices.* Hoc unum (etſi plura eſſent producenda) in lucem affero *nobiliſſimum opus Divi Claudiani Mamerti, Viennenſis Epiſcopi*, ſuper animæ ſtatu, in tres libros diſtinctum, opus rarum, doctum, elegans, copioſum, & à multis diu deſideratum, quo ſic opere *dignitatem animæ deſcribit humanæ, ſtatumq;, quo nullus ante ipſum, nullus poſt clarius unquam hac de re ſcripſerit, ac manifeſtius.* Quoniam vero ſicut plures, qui rem hanc ſunt conati plenius indagare, tradereq́ poſteris, credo R. P. tuam haud gravatim hanc nomenclaturam eorum, qui de anima ſcripſerunt, & ſi non legere, vel ſaltem introſpicere; De anima igitur veterum Philoſophorum prope omnium inter ipſos invicem diſſentit opinio. Democritus & Epicurus &c. Dedicatum eſt *quondam hoc opus Sidonio*, at nunc denuo tibi dedicatur, *Reverende Pater, in cujus tui Cellenſis Cœnobij Bibliotheca repertum eſt, ab inſitu quondam vendicatum, ſervatum diligentiſſime, nuncq; prodit.* Quod vero jure Tuæ benignitati dedicatur Claudianus, nemo, ſi animi tui conſideretur ingenuitas, mirabitur, tum hoc autem pluris *tanto taliq; Patri nuncupatum opus gaudebit*, qui rem literariam tum in tuo Cœnobio Cellenſi, tum in florentisſimo Lipſiæ gymnaſio ardenter ſemper promoveris. Clara ſemper fuit vetus Cella doctis ac piis Viris. Habuit ea virum, *cum doctrina, tum ſanctitate conſpicuum, venerabilem Patrem* Ludigerum, *quondam Abbatem*, cujus *Homilias adeo cuncti, qui vident, ſuſpiciunt,*

dunt, quo *pari voce conclament omnes, nil eum differre melliſluo ſuo genere dicendi à veris magniſq; illis dicendi Doctoribus, Hieronymo, Auguſtino, Bernardo & aliis. Hujus ut in lucem veniant opera, ſummopere curandum erit.* Illuſtrem quoq; Cellam reddunt Matthæus, *quondam* Aulæ Regiæ Monachus, ac Vincentius Grunerus, uterqve in Cella *ſepultus*, quorum primus *literaria concertatione Johannni Hus Pragæ congrediens, ipſum ſæpe cum Hæreſiarchis omnibus devicit, poſtq; nimiam malorum pullulationem e Bohemia perinde atq; ad Portum Cellæ veniens, fratres lectione ſacra inſtituit, nobiliſſimos in* Petrum Lombardum, in Pſalterium, in Evangelium Matthæi, in Hymnos *edidit* Commentarios, pluraq; alia comportavit. Alter vero *Lipſ. Gymnaſii primus Decanus ex Pragenſi Academia, in Cella grammata quædam pulchra, deniq; in Officium Miſſæ explanationes conſcripſit.* Prætereo *clariſſimos Abbates, Monachosq;* tui Cœnobii, libet eos, ut ajunt, vel nutu oſtendere, quos tua benignitas aluit, clarosqve reddidit. Foviſti atqve aluiſti perinde atqve Pater *indulgentiſſimus complures viros doctos & religione conſpicuos.* Hos inter jure primatum tenet Reverendus in Chriſto Pater, Dominus *Petrus Moſellanus, vir tum in humanis tum divinis literis eruditiſſimus, Monachus quondam Cellæ,* nunc *Abbas digniſſimus Monaſterij Portenſis, quem adeo dilexiſti, ut ſemper à ſecretis tibi fuerit, & nunc virtutum ac probitatis exemplum & ſpeculum ſit cunctis, quibus prælatus eſt.* Habet qvoqve tua Cella Michaelem Geitanum, excellentiſſimi ingenii virum, *qui Prioris officium ob vitæ ſynceritatem agit nunc ad annum vigeſimum ſextum,* virum talem, *qui dignus eſt venerari ob ingenii ſui excellentiam ab omnibus.* Is enim non ſolum *artes,* quas appellant, *liberales callet,* quippe *Profeſſor earum; verum ſacrarum literarum doctiſſimus, quodq; jucundum eſt ac nobile, ſic res muſicas tenet, ut facile Princeps in noſtris ſit terris.* Sunt alii *complures bonarum artium Profeſſores,* ex quibus nonnulli *ſacrarum literarum ornantur titulis,* hi numero 14. conſortio gaudent Baccalaureorum, *quorum copioſior eſt numerus,* qui *ſimul omnes bonarum artium amore, piorumqve probitate colluſtrant Cellam.* Longum eſſet, *numeroſam Fratrum turbam,* quæ ad octogenarium usqve *excreſcit,* recenſere, qui & pietate & amore bonorum ſtudiorum exempla poſteris relinquent. Gaudet

itaq;

itaqve Vetus Cella *de tali tantoq; Patre vivente, qui doctrina, moribus, diſciplina ſic inſtituis proprios, ut* & aliorum *Cœnobiorum Abbates eo ſæpe dirigant Fratres ſuos inſtituendos.* Nam hæc ſumma cura tua, ſummum ſtudium, nemini nocere, prodeſſe cunctis. Quod vero ſemper id conatus ſis, teſtantur anxii labores tui & ſumptuoſi, quos pro *tui Ordinis decore, honore, utilitate, pace ſubiiſti.* Quid, oro, Collegium Lipſienſe Divi Patris, Bernardi, *nonne ſummum amorem tuum, & in tuos, & in alienos teſtatur?* Extruxiſti (nonnullorum venerabilium Dominorum Abbatum auxilio concurrente) *à fundamentis novum, amplum, decorum; quum hoc quoq; ſumma vigilantia providiſti, quo Fratres in eo ſub ea viverent diſciplina, proviſione, tranquillitate, qua in Cœnobiis.* Citra dixerim aliorum Lipſenſium Collegiorum injuriam, *nullum Lipſiæ adeo Collegium ſic dotatum eſt gratiis, ut Bernardi ſanctum Collegium, quod quidem factum benevolentia Principis illuſtriſſimi Georgii, ſed tuo labore, tua cura, tua ſolicitudine.* Memini me ſacri Ciſtercienſis Ordinis *in eodem conſpexiſſe 36. fratres congregatos ex variis Monaſteriis,* ea morum gravitate procedentes, quo mihi tum fuerit ſpes maxima, *non collabi ſanctiſſimos mores uſpiam, ſi reſpergerentur Cœnobia talibus optimè inſtitutis viris.* Vellem ego, ſemper is eſſet numerus, quin & autor in Collegio fratrum, profecto nulla ſuſtinerent incommoda & Patres ipſi, & Cœnobia. Hoc, *Pater benigniſſime, tua voluntas, tuus conatus, tuum ſtudium, quo pax eſſet inter Abbates, quo diſciplina in Cœnobiis, quo ſuperabundans optimarum lectionum in Collegio copia.* Verùm is animus tuus rectus, à quibusdam ſit licet minime ſuſceptus, à te nunqvam tamen interceptus, quin eo ſemper in omnes amore fuiſti, ut *præter Ordinis tui ſacri Ciſtercienſis pacem, unitatem, concordiam nil aliud malueris.* Utinam hic fuiſſet animus, eſſetq; nunc quibusdam, cerneremus profecto idem nolle & idem velle, excreſcere diſciplinam, mores pios, herbeſcentia ingenia, vitam quietam & tranquillam. *Nil enim adeo tibi contrarium, atq; hæc ipſa, quæ charitati ſunt contraria.* Nolebam in hoc deveniſſe, *ornatiſſime Pater, novi etenim quam gravatim aliquid laudum tuarum excipias.* Verùm coëgit me *veritas, amor, tuaq; propria ſumma modeſtia, qua inæquum arbitraris alicui male velle, quin plus conaris, omnibus*

bene

bene velle, præcipue literariæ Reipublicæ deditis. Sic enim literarum amatores excipis, honoras, veneraris, quo & ipſe jure quodam à cunctis ameris. *Teſtantur literæ, quas humanitate plenas* ex Capnione doctiſſimo ſuſcepiſti, *teſtantur quoq; nonnulla Virorum doctorum ad Te dedicata opera.* Quin hoc ſuperadjicio, *nil adeo te ſuſpicere, nil ſic mirari, nil ſic amare, atq; doctos viros, quibus & urbano modeſtoq; tuo judicio, citra injuriam aliorum præfers, amas, veneraris lumen unicum noſtri temporis, noſtri ſeculi decus,* Eraſmum Roterodamum, *quem extollis, laudas, nilq; adeò deſideras, quam ejus ſanam longiſſimamq; vitam, ejus humanisſimam familiaritatem, ejus excellentisſima ſcripta, quæ tali tantoq; ſtudio comportas, ut ſi vel apex Eraſmianus viſus uſpiam fuerit, hunc, ut habeant Fratres tui, citisſimè conaris, benigniterq; præbes conſenſum & auxilium. Nec ſolum hujus illuſtrisſimi viri condecoratur operibus Bibliotheca Cellenſis, verum aliorum Doctorum lucubrationes in ea reperiuntur tanto in numero, tanta copia, ut raro ſit opus aliquod literarum, quod ibi non inveniatur.* Inventum igitur hoc opus Claudiani Mamerti, Viennenſis Epiſcopi, qui tempore Leonis I. Papæ vixit, A. Dni CCCXLIII. ſuſcipe tibi nuncupatum, *Pater benignisſime, ut hoc in lucem clarior exeat Claudianus ſub tuo nomine, quo diligentius ſub tuo regimine ſit ab interitu vendicatus.* Volebam nonnulla alia interſeruiſſe de tuis laudibus, *ornatisſime Pater*, verùm ne aſſentationis inurerer nota, dimiſi, præcipue cum hæc *ſumma tua laus ſit, nil deſiderare te laudum in hac terra.* Nam quicquid ipſe habes vel videris ab aliis habere, *totum id Chriſto, optimo-maximo Salvatori, adſcribis & das, qui ſolus tua laus eſt, tua ſpes, tuum confugium,* qui tueatur te quam diutiſſime, & incolumem ſervet. Bene igitur valeat *Reverenda tua Paternitas* cum ſacro Fratrum tuorum cœtu, cui me *meaq; ſtudia dedico omnia.* Ex veteri Cella XVII. Cal. Junii.

§. 94.

Imo meretur & Emſeri Epiſtola, qua Martino, Cellenſi Abbati, opus pene divinum & inæſtimabile (Emſeri equidem judicio) Bonifacii Symonetæ divi Ordinis Ciſtercienſis cornu Abbatis, viri undiquaque doctiſſimi, de Chriſtianæ

fidei & Romanorum Pontificum perſecutionibus, (quod ipſum ſcriptum plenius a Max. Rev. D. Joh. Gotfriedo Oleario in Abaco Patrologico p. 91. recenſetur) inſcripſit, cum laudes non ſolum noſtri Martini, ſed & veteris Cellæ, ipſumque S. Bennonis de Cellenſi Cœnobio vaticinium, contineat, tradatque deniq; in eadem, quod alibi me legiſſe non memini, Fridericum I. Imperatorem, nobilitate donaſſe omnes in perpetuum Cellæ incolas, ut integra ex benevola laudati Dn. Olearii communicatione hic legatur.

Ad Reverendum in Chriſto Patrem D. Martinum, Cellæ veteris Abbatem, Divi Ordinis Ciſtercienſis Generalem Commiſſarium, *Hieronymus Emſer, Ducalis Secretarius.*

BOnifacii Symonetæ, Cornu Abbatis, variæ & multivagæ eruditionis opus, *Reverende pater Abbas, Domine & benefactor colendiſſime, cum nova lima & regeſto duplici a me mangoniſatum* in lucem dare vellem, cui id æquiore, quam Paternitati tuæ titulo adſcriberem, inveni neminem, tum propter communem tibi cum Bonifacio non ſolum religionem & Ordinem, verum etiam dignitatem & eccleſiaſticam præfecturam, tum propter eandem cum eo divinarum & humanarum litterarum profeſſionem & præſtantiam. Quo fit, ut ingratum id eſſe tibi non poſſit, quandoquidem ex eadem Ciſtercienſi familia & ab ejusdem diſciplinæ viro ad communem publicamque divi Ordinis tui famam ac gloriam emanarit. Et profecto magnus eſt ſacratiſſimus hic Ordo tuus, qui Conſtantini Magni temporibus ſub Anachoretis & Aſcetis digniſſimis Paulo, Anthonio, Hilarione, Machario per deſerta tunc Indiæ, Syriæ & Ægypti vagantibus radices figens; deinde a Baſilio Magno in Græcia ad mitiorem vivendi formulam plantatus, a *Benedicto* poſtea in Italia, *Bernardo* in Gallia, & aliis in locis mirum in modum auctus & excultus, *præſtantiſſimos in omni diſciplinæ & virtutis genere viros protulit, quorum ſcientia & vitæ ſanctimonia* non tam litteraria reſpublica, quam univerſa Chriſtiana religio in immenſum crevit, gubernata, & ſervata eſt. Floruerunt enim ex hoc ſacro Ordine ad hunc diem uſque, quantum in præſens colli-

colligere potui, Summi Pontifices XXIIII. Cardinales CLXXXIII. Abbates inſignes M. DLXX. ex gregariis vero Fratribus multitudo pene infinita. Quamobrem haud facile dixerim, quantum religioni tuæ debeant cum omnes Chriſti fideles, tum maxime litterarum canditati, & Philoſophiæ amatores. Movit hæc nominis veſtri claritas *illuſtriſſimi & clariſſimi Principis mei majores*, & præcipue felicis recordationis *Ottonem, Marchionem Miſſniæ, & conthoralem ejus Hedevigim, illuſtrem genere & moribus fœminam*, ut *Cellæ* tuæ, *cognomento veteri, ædificandæ*, & *quidem tam liberaliter dotandæ animum adjecerint*, *ſibique & Nepotibus ſuis ſepulturæ locum in ea elegerint, quod longe ante Cellam conditam in ſpiritu prævidens venerabilis* Benno, *Epiſcopus quondam Miſſnenſis, cum forte eo loci tranſitum faceret, videretque* columbarum illic turmam *gregatim conſidentium, ad comites converſus:* en, ait, hic locus eſt, ad quem pauco poſt tempore nova quædam convolabit religio, atque innumerabiles Deo animas præſentabit! Nec in caſſum fuit oraculum, ſed ita, ut vir Deo plenus prædixerat, tanta mox, *Cella condita, fratrum ibidem devotio emicuit*, ut permotus fama eorum celebri Fredericus Enobarbus nobilitate donaverit omnes in perpetuum Cellæ incolas. Dicerem in univerſum quot viros claros tum litteris, tum vitæ innocentia hæc inclyta domus ab initio aluit, niſi parum *ad Bonifacium* noſtrum adtineret. Quem, ut verum fatear, diligentius commendaſſem in hac mea epiſtola, niſi & a *Dulcinio* quondam ſtatim infra ſatis eſſet celebratus, & tanta foret hujus viri laus & excellentia, ut latere neminem poſſet vel mediocriter ſapientem. Qui igitur Bonifacium noſtrum cognoſcere cupiat in his eum ingenii ſui monumentis, tanquam in ſpeculo intueatur. Ego ad Cellam tuam rediens, paucis adhuc eam, & quidem ineptis verſiculis concinam, donec majus aliquid Apollo ſpiraverit. Interea me *paternitati tuæ* iterum atque iterum commendo. Ex Gymnaſio noſtro Lipſenſi, nundinario & Ducali oppido Idibus Juliis Anno Domini. M D IX.

Huic vero ſequens in laudem Cellæ ſubjunxit carmen:

CElla vetus magnæ tangens *confinia Miſſnæ,*
Bernhardo, & ſummo ſacra *dicata Deo!*

Cella

Cella, Monaſterium, quo non præſtantius ullum
Miſſna habet: & Miſſnæ terra Thuringa ſoror.
Eſt fœcunda *ſolo: piſcoſo* fertilis *amne,*
Irriguis *hortis, arboribuſque* ſcatet.
Illinc *ſylva feras,* hinc cædua robora paſcit,
Muneribus certant *Liber* & alma *Ceres.*
Ipſa *domus cultu* eſt tam ædificata *modeſto.*
Ut nec ſit *riſu* digna, nec *invidia.*
Nam *medium* ſortita *locum,* nec *Regia* dici,
Nec *privata* poteſt, nec niſi *honeſta domus.*
Sed nihil in bellum, tam *bella* eſt undiq; *Cella,*
Quam *Fratrum concors ſanctaq; vita* ſimul:
Quos niſi *divinis* videas *incumbere rebus,*
Semper habent *hymnos,* ſemper in ore preces.
Quin neque Cecropiis major honor artibus uſquam,
Nec tam nobilibus Bibliotheca libris,
Omnibus *Martinus, Cellæ dignisſimus Abbas,*
Vel *nova* conſtituit, vel *meliora* dedit.
Nam veluti reliquos digno præcellit honore,
Sic ſimul & cura præſtat & ingenio.

Cui vino vendendo Johannes Eſticampianus & hanc inſuper ſuſpendit hederam, vel ob nomen Eſticampianum non negligendam;

Virtus ingenii & labor beati
Laus Antiſtitis, ac patris verendi
Splendor, gloria, dignitas, poteſtas,
Qui ſex condidit & dedit libellos
Emunctos, varios, novos, probatos,
Vix Præconis egent tuba vel acri,
Suntque nam ſplendida, culta, ſatq; nota
Cunctis Gallia quid poteſt, latere
Non eſt divitiis, fide ſtiloque.

Supra vero cum vaticinii Bennonis de Cella noſtra, *quod equidem haud verius, quam ipſa ejus de illo jactata miracula exiſtimo,* ab *Emſero* injecta

jecta fuerit mentio, non poſſum non addere & illa, quæ Hiſtoria S. Bennonis, Monachii anno 1602. excuſa, pag. 8. b. de illo habet: Was dieſem Heiligen (Bennoni) der Allmächtige in ſeinem Leben von künfftigen Dingen offenbaret / ſeyn allein zwey ſondere Sachen zu vermelden / als da er auff ein Zeit über Land reiſet / und an einem öden Orth vil Tauben ſitzen ſahe / prophecenet er / wie im kürtz ein neuer Orden dorthin kommen würde / durch welches Gebeth vil künden ſelig werden. Wie dann Otto / Marggraff zu Meiſſen / dem Ciſtertzer Orden / ſo hernach erſt angefangen / ein Cloſter / Cell genannt / dahin gepawet / herrlich begabet / und eingegeben.

§. 95.

Quemadmodum vero dudum Epiſcopi æque ac Principes Miſnenſes id egerant, ut & Sanctum quem haberent, quo ſeſe jactare poſſent pro iſtius temporis religioſitate, ita & Martinum noſtrum maxime in aula Romana fuiſſe occupatum cum Epiſcopo Miſnenſi, Schleinitzio, novimus, quo Bennonem, Epiſcopum olim Miſnenſem decimum, anno 1106. ætatis ſuæ 96. demortuum, inter Sanctos acciperent, quod equidem anno 1523. ab Adriano VI. Pontifice, Bulla in hanc canonizationem die 31. Maii conſcripta, ipſa vero canonizationis ſolennitate anno ſequente die 16. Maii Miſnæ & in Bavaria peracta, factum eſt, ſed Martino noſtro, ſi anno mortis ejusdem, quem Fabricius 1522. tradit, fidendum, jam mortuo.

Sane Emſerus in libello *de vita Bennonis a. 1512.* Lipſiæ edito meminit, an. jam dicto 1512. laboraſſe illos, quorum inter erat, *Romæ de Canonizatione Bennonis, nondum tamen eandem* obtinere potuiſſe, imo nec *poſt annos duodecim fuiſſe ſecutam,* credibile eſt, ſi odium *erga Lutherum eandem non ex manibus & ore Pontificis excusſiſſet.* Ipſe hoc non diffitetur Papa in Bulla, in qua (Germanice verſa) hæcce inter alia leguntur: Nachdem nun unſre geehrte Vorfahren / nehmlich Alexander der VI. zum erſten / hernach Julius II. und folgends Leo X. durch drey der H. R. Kirche Cardinäle / aus ihren dreyerley Ständen und Ordnungen

unſere Ehrwürdige Brüdere Bernharden/ Biſchoffen zu Oſtia des H. Creutz zu Jeruſalem/ Antoni, Biſchoffen zu Alba/ Prieſter/ und Johan Diacon SS. Coſmæ und Damiani Titels mit Rath/ Vorwiſſen/ und Gutheiſſen ihrer Brüder/ in dero Zahl/ gleichwohl damahlen abweſend/ wie auch waren/ Anſchickung gethan/ und Bevelch gegeben/ daß ſie/ was von unterſchiedlichen Orten in Teutſchland für Erfahrung von Biſchoff Bennonis Leben/ Sitten/ Leymundt und Wunderwercken/ ſo ſich vor und nach ſeinem Todt auff ſein Fürbitt durch GOtt begeben/ mit allen Fleiß überſehen/ examiniren/ und wie ſie es befinden möchten in dem geheimen Rath umbſtändiglich mit trewen berichten ſolten. &c. Et Autor vitæ S. Bennonis ipſe hoc repetit, ſcribens: Was beſchließlich unſers H. Bennonis Canonization oder die Erkläbrung in die Zahl der H. GOttes/ belanget/ iſt dieſelbe beym Pabſt Alexander dem VI. Julio dem II. und Leone dem X. wohl angebracht und getrieben/auch durch etliche Cardinäle und Biſchoffen/von S. Bennonis Thun/Leben/und Wunderwercken/ an Orth und Enden es vonnöthen geweſt/ gewiße Erfahrung und Kundſchafft aus der Päbſte Verordnung eingezogen/ aber wegen ihres zeitlichen Ableibens allemal verhindert worden/und villeicht durch ſonderbahre Schickung Gottes/ſo die rechte Zeit wohl weiß/den Lutheriſ. Ketzern zum Spiegel/ einen teutſchen Pabſt/ Adrianum dem VI. vorbehalten hat/ der die Canonization An. Domini 1523/ laut ſeiner Bulla, in das Werck gerichtet. In horum ergo numero, qui *Bennonis apotheoſin ſolicitarunt* non ſolum, ſed & qui impetrarunt eandem, fuiſſe Martinum noſtrum quoque; documento non ſolum *ſunt Literæ ejusdem ſupplices ad Alexandrum VI. Papam pro Canonizatione Bennonis, ejusdemque ad venerab. ac illuſtre Collegium Cardinalium pro eadem impetranda, ſed & Bulla Alexandri Pontificis ad Epiſcopum Numburgenſem & Abbates Cellenſem & Buchenſem, qua Canonizatio Bennonis permittitur;* Literæ itidem ejusdem *ad Papam, quibus gratias agit pro Bennone canonizato, itemque Capituli Miſenenſis literæ euchariſticæ ad Martinum Abbatem pro expeditione Bullæ Papalis.* Et qvo fructus laboris ſui perciperet rectius, invitatus qvoqve ad ſolennem ejus Canonizationem fuit à Capitulo Miſnenſi, cujus, Decani ſcilicet & Canonicorum Epiſcopatus Miſnenſis, *invitatoriæ literæ Germanicæ, una cum Conſilio D. Nicolai de Heyniz in cauſa Canoniza-*

nonizationis Bennonis ad Martinum Abbatem adhuc hodie in Bibliotheca Lipſienſi Paulina ſuperare, teſtis eſt Fellerus in Catalogo MStorum Bibl. Paulinæ p. 310. & 311. qvas forte alio tempore luci dabimus publicæ.

§. 96.

Anno MDXV. Wolffgangus Weishanius Conventor, ſive Paſtor Mitweidenſis vixit, poſtea vocatus atqve conſtitutus Parochus Gleisbergenſis & vicini Monaſterii Cellenſis Procurator, qva in functione anno 1554. adhuc fuit. Vide M. Chriſtiani Hermanni Chronicon Mittweidenſe p. 199.

§. 97.

Claruit & circa hæc tempora (MDXV.) in Cella Michael Schmelzer, Geitanus alias vocatus, ab Oppido Geita, unde oriundus erat, Prior Cœnobii veteris Cellenſis per aliqvot viginti annos, Liberalium Artium Magiſter, earundemqve ibidem Profeſſor, ac SS. Theologiæ Baccalaureus, Philoſophus, Orator, Theologus, & Muſicus eximius.

De eo Autor Maderianus n. LXVIII. hunc in modum: Michael Schmeltzer, natione *Theutonicus*, *natus ex Oppido Beiten* (*Geiten* rectius) *Provinciæ Miſnenſis*, *Artium Magiſter*, S. Theol. Lipzenſis Univerſitatis *Baccalaureus*, *Ordinis Ciſtercienſis Cœnobii* prædicti Veteris *Cellæ Monachus* & *Prior*, vir in *Philoſophia ſeculari* apprime doctus, & in *divinis Scripturis* plurimum *eruditus*, *Philoſophus*, *Orator*, *Theologus*, & omnis harmoniæ *Muſicus* laudatiſſimus, peritiſſimus choravles. Et cum ſit profundæ inventionis & ingenii vir, variis Cellenſe Cœnobium exornat opuſculis. Comportavit miro ingenio & brevitate viros illuſtriores Ordinum D. Benedicti & Ciſtercienſis. Scripſit inſuper pro inſtructione fratrum juniorum, qvatenus Latine asſveviſſet loqvi, *Dialogos ſex*. Sermones ad Clerum plures, Epiſtolas etiam plures ornatas & elegantes ad diverſos, qvæ volumen grande comportatæ faci-

ent. Vivit adhuc varia cotidie ſcribens. Eoqve & redeunt Michaëlis Miris laudes, qvas in dedicatione ſæpius citata noſtro Schmelzero largiter admenſus eſt, atqve tales: *Habet quoq; tua Cella Michaelem Geitanum, excellentisſimi ingenii virum, qvi Prioris officium, ob vitæ ſynceritatem agit, nunc ad annum vigeſimum ſextum, virum talem, qvi dignus eſt venerari ob ingenij ſui excellentiam ab omnibus. Is enim non ſolum artes, qvas appellant, liberales, callet, qvippe Profeſſor earum, verum ſacrarum literarum doctisſimus; qvodqve jucundum eſt, ac nobile, ſic res Muſicas tenet, ut facile Princeps in noſtris ſit terris.*

§. 98.

Neqve oblivioni tradendus eſt Michael Müris, Meurer alias dictus, Heyna, Miſniæ Oppido, oriundus, Cellenſis Cœnobii Monachus doctiſſimus, Theologus, Orator & Muſicus pariter inſignis.

Iſte qvis fuerit, vel ex ſupra addita ejusdem Dedicatione Claudiani Mamerti de ſtatu animæ libelli, velut ex ungve leonem, de facili licebit colligere. Non tamen pigrabimur & iſta, qvæ Autor Maderianus nobis de illo communicat, & hic Benevolo Lectori velut de manu in manum tradere: Michael Müris, inqviens num. LXXI, alias Meurer, natione Theutonicus, ex Heino Oppido oriundus, Ordinis Ciſtercienſis, Cellenſis Cœnobii Monachus, vir ſtudioſus, & literarum tum humanarum, tum divinarum lectione peritisſimus, ingenio ſubtilis & ſermone luculentus, *Philoſophus, Orator, Theologus*, nec non *Muſicus, Citharœdus, Organiſtaq;* præſtantiſſimus, edidit infra ſcripta:

Compendium Muſicæ Lib. I.
De S. Benedicto Orationem I.
Orationem aliam de eodem. I.
De S. Bernhardo orationem I.
De Aſſumptione B. Virginis I.
Carmina & Epigrammata qvoqve varia.

Vivit adhuc in prædicto Cellenſi Monaſterio, qvotidie nova cudens 1541. (vitium typothetæ eſt, & 1514. eſſe debet.) Sed inſtar omnium nobis id ſit elogium, qvod magnus literaturæ labentis repara-

parator, Petrus Moſellanus, & ipſe Monaehus Cellenſis olim, ut ſupra ex *Michaelis Müris* Epiſtola monuimus, poſtea in Abbatem Portenſem electus, (qvod & inſignem noſtro Cœnobio cedit in honorem) tribuit in ſupra adducta epiſtola *ipſi, magni nempe & literarum & pietatis cultoris, hominisq; plane digniſſimi, cui certatim faveant docti & boni omnes.*

§. 99.

Anno MDXVIII. Miſnæ die 19. Kal. Febr. mortuus Heinricus Schleinicius, Georgii, Ducis Saxoniæ, Mareſchallus, cognomento cœcus, in domo filii ſui Erneſti, Miſnenſis & Pragenſis Præpoſiti, qvi vivus magnas contentiones cum Henrico Duce ſuſtinuit, in Cœnobio vetero-Cellenſi fuit humatus.

Teſtem hujus non ſolum habeo Monachum Pirnenſem, ſed & Fabricium in Annalibus Miſnenſibus p. 81.

§. 100.

Anno MD XXII. menſe Martio obiit Martinus de Lochau, Abbas vetero-Cellenſis famoſiſſimus, ibidem ſepultus.

Id non ſolum teſtatur Catalogus MStus Abbatum Cellenſium, ſed & ipſe Fabricius in Annalibus Miſnenſibus ad h. a. p. 83: *Anno 1522. Abbas Martinus vetero-Cellenſis, uſus in hac urbe Medicorum opera, cum morbus auctior indies fieret ad ſuos relatus moritur menſe Martio.* Uſum eundem in urbe Miſnenſi Medicina, exinde credibile magis redditur, qvod & domum propriam ibidem habuerit, qvam, peſte Lipſiæ ſæviente, Petrus Moſellanus, qvi interea Miſnam ſe receperat, incoluerat, ibiqve Gregorii Nazianzeni de Theologia qvinqve libros in lingvam latinam tranſtulerat; qvæ poſtea domus in commorationem Rectorum Ludi illuſtris ceſſit, illiqve dicata in hunc usq; diem manſit. Vid. Fabric. Annal. Miſn. p. 81. Magnus ergo hic ſtudiorum Fautor & Pater erept⁹ fuit non ſolum Cellenſi, ſed & Lipſienſi Collegio Bernhardi, qvod, ut ſupra audivimus, pro Fratribus Ciſtercienſis Ordinis ibidem exſtruxerat, multosqve tum hic tum

illic ſpectatæ eruditionis ac vitæ Monachos undiqvaqve evocaverat; qvod & *B. Fellerus* in laudibus ejusdem poſuit in de *Cygnis qvaſimodogenitis* lit. B. 2. Ubi tamen prætermittere non poſſum, qvin moneam, hallucinari B. Dn. *Fellerum*, qvando & *Vincentium Grunerum in Cellam à Martino de Lochau vocatum exiſtimat*, qvod ſane temporis ratio curatius habita non permittit, cum ille ſub initium 15. hic vero ſub initium 16. ſeculi vixerit, ſeculi intervallo adeoqve invicem disjuncti fuerint, & forte *Moſellanum Beatus Vir* in mente habuerit. Epitaphii loco ipſi dabimus, qvæ *Autor Maderianus* de illo literis conſignavit: Martinus de Lochaw, *moribus &* genere nobilis, *natione* Theutonicus, *inſignis* Theologiæ Doctor, *Lipzenſis Univerſitatis Alumnus, Abbas* modo *veteris Cellæ digniſſimus, qvi qvemadmodum Cœnobium ſuum Cellenſe utilioribus ædificiis, ita etiam fratres ſuos, qvos ſub ſe habet, numero plusqvam octoginta, & vita & moribus diſciplinaqve regulari ac variis literarum ſtudiis tum humanis, tùm divinis exornari curat. Ob eam rem maximis impenſis ampliavit novis ſtructuris* D. Bernhardi Lipſiæ Collegium, Vir inter Prælatos Germaniæ magnæ & famoſisſimæ authoritatis, ac invictæ largitatis homo, Ciſtercienſis Ordinis ornamentum, decus & corona. *Qvi cum perſpicacis & ingenii & doctrinæ vir ſit, plures (& præcipue ad fratres ſuos) habuit tum ore tum ſcripto ſermones elegantisſimos, potisſimum cum adhuc cura Regiminis & paſtorali ſolicitudine obrutus non eſſet;* Extant ejus ſermones & collationes cum aliis. *Nec mirum videri debet alicui, qvod viri noſtræ tempeſtatis docti, præſidentes locis Religioſorum, non plura ſcribant; cum ſit plusqvam ſatis, bene &* utiliter aliis præfuiſſe, qvam multos libros edidiſſe: *præſertim cum plures malitia temporum, & hominum infeſtatione præpediantur. Claret adhuc in Cellenſi ſuo Monaſterio Miſnenſis Diœceſis,* ſuos ſemper meliores efficiens, *anno 1514. ſub Maximiliano Rom. Imp. & Leone P. P. hujus nominis X.*

§. 101.

Anno MDXXI. Nobilis Wolffgangus Marſchallus in Rittwitz obiit, Vetero-Cellæ ſepultus.

Epita-

Epitaphium, quod olim ibidem accepit, ita habuit: NACH CHRISTI GEBURTH MDXXI. DEN VIII. TAGK NACH CORPORIS CRISTI IST VORSCIDN DR GESTRENGE UNDE FHESTE WOLFF MARSCHALCK UF RITWITZ H. B. DEM GOT GENODE. Inſignia ejus erant duæ forfices, quibus oves tonderi ſolent. Rittwitz vero Oſchazenſis præfecturæ pagus eſt, intra Dœbelam & Oſchazium ſitus, quod olim Durrfeldiorum quoque fuit.

§. 102.

Martino demortuo anno MDXXII, ipſi ſucceſſit Paulus Amnicola, (vel Riparius, ut quandoque appellatum deprehendi, vel Bachman alias dictus) patria Chemnizenſis, Artium Magiſter, Monachus, Procurator & Syndicus Cellenſis primum, dehinc Abbas factus & Ciſtercienſis Ordinis Commiſſarius, qui multis ſcriptis publicis Luthero ſeſe oppoſuit, iisque acerbiſſimis, vano attamen auſu ac plane ridiculo, multum patrocinio Johannis, Præſulis Miſnenſis, ad faciendum id incitatus & adjutus.

Lotricis filium Autor anonymus Catalogi Abbatum Cellenſium nobis eundem prodit, *Chemnicioq; oriundum*, cujus Patriã vero Autor Maderianus plane tacet. Errorem ergo eſſe oportet, quando illum B. Dn. *Fellerus Roſwinenſem* pronunciat, ſcribens in *Cygnis ſuis quaſimodogenitis* Lit. A. 3: *Protulit Roswinum Paulum Bachman, ultimum Cellæ veteris Abbatem, alias Riparium dictum, qui in Scriptis contra Lutherum Paulum Amnicolam ſe quoque vocavit.* Quod rurſus ex omni parte ſe non ita habet. Nam hic *Amnicola, ſive Riparius, non ultimum Cellenſem egit Abbatem*, ſed potius *Andreas Schmidewaldus*, ut mox audiemus, ut adeo ille penultimus fuerit Abbas. Dehinc eum Chemnitio fuiſſe oriundum, indicio clariſſimo ſunt ſua ſcripta, in quibus ſe ipſum Kemnicianum toties ſcribit. *Quod lotricis fuerit* filius, ſi penes Autorem iſtum fides eſt, id equidem dignitati ejusdem nihil derogare novimus, modo non ſcriptis oſtendiſſet, ultra vulgi

fecem

ſecem non ſapuiſſe. Summariter ſuſpenſoque judicio comprehendere omnia videtur, non ſine aculeo tamen, *Monachus Pirnenſis*, ſcribens: Paulus Abt czu Czelle ſchrieb wieder den Abtrünnigen Münch Merten Luthern. Equidem utriusque controverſias hic excutere non eſt animus, hoc tamen præterire non poſſum, hunc ipſum *Bachmannum putidiſſimi illius mendacij, quaſi Lutherus faſſus fuerit, ſe a Diabolo in diſputatione quadam de Miſſæ Sacrificio, quod per quindecim annos tamen adminiſtraſſet, fuiſſe convictum, & quod ex ea didicerit, Miſſam non eſſe ſacrificium*, fuiſſe autorē. Siquidem *Cochlæus*, in hiſtoria a. 1534. f. 262. & 280. Lutherum aggrediens, refert, quæ Paulus Bachmannus, Abbas veteris Cellæ apud Noſſenam, pro Miſſa contra Lutherum ſcripſerit, inter alia convitiatus, *quod cum de divina revelatione aut viſione nunquam gloriatus ſit, ſæpe tamen commercium cum Diabolo jactaverit, & jam fateatur, hunc præceptorem ſuum eſſe, a quo didicerit, nihil boni eſſe in Miſſa*. Quod ipſum *a Bachmanno*, & poſtea *a Cochlæo*, ad *Bachmannum* provocante, proterve, & nemine tunc æſtimante, prolatum mendacium, impudentiſſime poſtea renovarunt *Surius, Gretſerus, Tannerus, Schererus, Vetterus, Serarius, Keddius, Crucius, Becanus, Cornelius a Lapide, & recentiſſime Cordemoys, Arnaldus, & Boſſvetus*. Sed dudum quoque *jam eſt, quod teterrimi hujus ſcommatis vanitatem oſtenderint non ſolum noſtrates Theologi, Jacobus Heilbrunnerus, Fridericus Balduinus, Georgius Zæmannus, Johan. Gerhardus, Gaſpar Eraſmus Brochmandus, Johannes Mullerus, Eraſmus Gruberus*, ſed peculiari diſſertatione etiam *vir ſummus Vitus Ludovicus a Seckendorff*, quam integro libello, quod hoc mendacio illevit *Abbas Cordemoys*, oppoſuit, cujus contenta deinceps conciſe in æterno ſuo de Lutheraniſmo opere Lib. I. p. 166. 167. ſeqq. repetit, ubi cumprimis originem hujus mendacii *Bachmanno*, quem *inſulſisſimi & maledicentisſimi* epitheto mactat, ex re & vero vindicavit, ſecus ac in edita jam ante aliquot annos Diſſertatione fecerat, Cochlæi cum nondum primam inſpexerat editionem. Ex titulis vero Scriptorum, inconditorum plane, ac convitiis pleniſſimorum, quæ contra Lutherum (qui eum plane ſprevit nec reſponſo dignatus eſt ad nonnulla) emiſit, cognoſcitur facile, jure omni hoc epitheton a ſummo Seckendorffio tuliſſe, & ſequentes ſunt:

1. Roſa-

1. *Roſarium Rythmicum cuncta Dei beneficia ſuccincte complectens, incipit:*
Cujus immenſa bonitas; omnia edidit prudenter,
Ob id agamus gratias; ipſum laudantes inſtanter
Autor Maderianus.

2. *Hymnum, cujus initium:*
Virgo Veſtalis, quæ te ſpopondiſti.
Autor Mader. Immaculatam ſponſam fore Chriſti.

3. *In laudem Cœlibatus ad Moniales.*
Autor Mader.

4. *Sermones complures in Feſtivitatibus ad Fratres.*
Autor Mader.

5. *Rythmos conſolatorios, præcipue rebus in adverſis.*
Autor Maderianus.

6. *Patientia ſpecularis in laudem B. Jobi.*
Autor Mader.

7. *Paulus Amnicola Kemnicianus* wieder das wilde geiffernde Eberſchwein Luthern/ ſo mit ſeinem Rieſel umzuſtoſſen ſucht die Canoniſation S. Bennonis, Biſchoffs zu Meiſſen. A. 1524. 4t Exſtat in Bibliotheca Cygnea.

8. Zu Errettung den ſchwachen Ordens-Perſonen/ ſo yẞt zu dyſen fehrlichen böſen Gottloſen Zeyten ſchwerlich betrübt und angefochten werden durch falſche verführliche Lere oder Schrifft eyn tröſtliche Rede Paulus Amnicola. 1524. Dreßden 4to.

9. Von Ceremonien der Kirchen/ das iſt / von äuſſerlichen Dienſte GOttes/oder von leiblicher Ubung göttlicher Aembter. Appendix von Prieſterlichen Celibat oder Keüſchheit durch den Apt zur Alten Zcelle. Gedruckt czu Leipzig durch Nicol Wolrab 1537. in 8. (9. Bogen.)

10. *De auctoritate Papæ.* Simlerus.

11. *De operum meritis.* Simlerus.

12. *De Miſſa.* Simlerus.

13. *De conjugio.* Simlerus.

14. *De Invocatione Sanctorum.* Simlerus.

15. *De votis Monaſticis.* Simlerus.

16. *De jejunio.* Simlerus.
17. *De una ſpecie Sacramenti.* Simlerus.
18. *De conjugio Sacerdotum.* Simlerus.

§. 103.

Anno MDXXIV. Ado, Portza dictus, cum nonnullis aliis ex hoc Cœnobio Monachis ad Lutheri caſtra tranſiit.

Debemus hoc Pirnenſi Monacho ſcribenti: *Anno MCCCCCXXIV. apoſtaſir*te Ato der Portza ſambt etlichen. Quale nomen proprium ſit *Portza* non ſatis capio, niſi ſit ex iis, quorum frequens occurrit mentio in antiquioribus diplomatibus, nobilibus ſcilicet de *Porza ſeu Portzig* dictis. Siquidem non ſolum anno 1323. *Petrus dictus Portzig*, vel, ut anno 1334. vocatur, *Petrus Portzich*, Friderici Gravis Aulæ Mareſchallus, ſed & *Johannes Pozle* Decanus Miſnenſis, qui anno 1394. vixit, jam mihi ſuccurrunt.

§. 104.

An. MDXXVIII. Paulus, Abbas Cellenſis, Civibus Roſwinenſibus leges, ſtatuta, & conſvetudines ſuas oppidanas circa hereditates ſequenti notitia confirmavit:

WJr PAULUS Apt zur Zellen bekennnen und thun kund vor unß und unßere Nachkommende/ und ſonſt gegen männigl. daß unß unßere Unterthanen und lieben getreuen Bürgem. Rath und gemeine Einwohner unßerer Stadt Roßwein hochfleiſſig angelangt und gebethen haben/ nachdem ſie itzo eine Ordnung und Satzung an ſtatt vorigen dritten Theils/ wie zuvorn zwiſchen Ehleuten/ Mann und Weib/ auff dero eines tödtl. Abgang gegen derſelbigen Kinder/ Eltern/ oder andrer ihrer Freundſchafft/ mit den erworbenen/ oder zugebrachten Güthern allenthalben ſol gehalten werden/ bey dem Durchlauchten Hochgeb. Fürſten und Herrn/ Herrn Georgen/ Hertzogen zu Sachßen/ Land-Gr. in Düringen und Margg. zu Meiſſen/ unßern Gnädigen Herrn/ von newen erlangt und ausgewonnen haben/ daß wir/ alß ihr Erb- und Oberherr/ ümb mehrer Sicherheit und Beſtandes willen/ die auch mitte wolten cräfftigen/ confirmiren und beſtätigen

gen helffen. Dieweil wir dann in dieſen und allen andern/ was gute Ordnunge und Satzunge belangt/ und zu ihrem Nutz und beſten gereichen ſol/ ihnen allzeit mit Gunſt und Förderung geneigt ſeyn/ haben wir ihnen ſolch ihre Bitte nicht verſagen/ ſondern unßern Gunſt und Conſens zu ſolcher aufgerichteten Ordnung geben/ und die mit confirmiren und beſtätigen wollen. Inmaſſen wir es dann hiermit und in Krafft dieſer unßrer Schrifft gegenwärtigl. confirmiren und beſtätigen/ hierauff begehrende/ auch ernſtigl. befehlende/ daß die in allen ihren Clauſulen/ Puncten und Articuln nach/ vermöge des Fürſtl. beſiegelten Originals, von ietzigen und allen andern nachkommenden Bürgern und Einwohnern zu künfftiger ewiger Zeit alßo und nicht anders/ ſtät/ veſt und unverbrüchl. gehalten/ und ſelbigen ſtracks nachgegangen werde. Treulich und ſonder Gefehrde.

Zu Urkund mit unßerm/ der Eptey Inſiegel befeſtigt/ und gegeben in obgenanntem unßerm Cloſter/ Donnerstages nach dem Sontage Cantate, der Geburth Chriſti im 1528ſten Jahre.

§. 105.

Anno MDXXXIII, Petro, Abbate, Portenſi, demortuo electioni novi Abbatis Paulum, Cellenſem noſtrum Abbatem, Dux Georgius intereſſe voluit.

Literas propterea has ad Monaſterium Portenſe Dux Georgius ablegaverat:

Würdige/ liebe/ andächtige/ wir ſtellen in keinen Zweiffel/ euch iſt wohl wiſſentlich/ welcher geſtalt wir den Ehrwürdigen/ unſern lieben andächtigen und Rath/ Herrn Julium Pflugk/ Thum-Probſt zu Zeitz/ in Sachen/ einen neuen Abt bey euch belangende/ abgefertiget/ und unſere Meinung anzeigen laſſen. Und iſt nachmals unſer Beger/ wollet euch zur Wahl nunmahls geſchickt machen/ und ſolches dem Ehrwürdigen/ unſern lieben andächtigen/ Herrn Paulo/ Abt zur Cellen/ zeitlichen vermelden/ den wir auch gerne darbey ſehen und haben wollen/ und euch allenthalben hierinne voriges unſers Befehls verhalten/ und keines weges etwas darinne verhindern laſſen. In dem thut ihr unſere gentzliche Meinung. Geben in Dreßden Sontags Bartholomäi. An. 1533.

Ad quas ita reſpondit Paulus:

Præchariſſimis ac Deo devotis Fratribus,
Priori, Senioribus ac Conventui inſignis,
Cœnobij Portani
Sola ſalus ſervire Deo; reliqua omnia fraudes.

Chariſſimi Fratres. Quale a Catholico Principe noſtro Georgio, Duce Saxoniæ, Mandatum acceperimus, binis ejus literis una miſſis, intelligetis, veſtri erit muneris hac de re certiores nos reddere. Et quam optime valete. Ex Veteri Cella 2. Feria poſt Bartholomæi Apoſtoli Anno 1533.

Paulus, Abbas veteris Cellæ, Ordinis Commiſſarius.

Venit ergo juſſu Principis (referente Juſtino Pertuchio in Chronico Portenſi, p. 187. & ſequ. cui & literas has debemus,) Dominica ante Ægidii *Paulus* Portam cum *novem equis*, comitibus vero & miniſtris undecim, qui more conſveto electo ibidem Petro, iſtius Cœnobii Priore, feria quinta rurſus diſceſſit, donatus ab *Abbate novo Portenſi 10. Joachimicis, Capellanus* vero ipſius *uno floreno*, Notarius *uno floreno*, coquus uno floreno, auriga ſemi floreno, totidemque famulo ejusdem, ex quo frugalitas iſtius temporis non obſcure colligitur.

§. 106.

Circa hæc tempora Antonius Margarita ex nobili Judæorum familia, quæ Pragæ ſedem habuit, noſtram Religionem amplectens, Luthero præprimis charus exſtitit, ac inſigni, quod Judaiſmum detegit, ſcripto inclaruit. Docuerat ille anno 1532. per annum & dimidium Miſnæ Theologiam, eandemque poſtea per annum in Cellenſi profeſſus eſt Cœnobio, Lipſiam hinc diſcedens, Ebraicam linguam cummaxime diſcentibus tradidit, a quo tunc temporis & D. Bernhardus Zieglerus in eadem fuit inſtitutus.

Autor Catalogi Abbatum Cellenſium margini hoc plurimam partem adſcripſerat, atque his conceptis verbis: Antonius Margarita hat profitirt zu Meiſſen ein und ein halb Jar/ in der Czelle 1. Jar/ darnach zu Leipzig kommen/ da hat D. Zigler ſein Ebræam Linguam

von

von ihm ſtudiret. Conſentitque cum hoc partim, quod Fabricius narrat in Annalibus p. 100. & Simlerus in Bibliotheca Geſneriana.

§. 107.

Anno MDXXXV. Obiit Abbas Paulus Amnicola ſive Bachmannus.

Mortem una cum Scriptis quibusdam ſuis ita tradit *Joſias Simlerus* in Bibliotheca Geſneriana: *Pauli Amnicolæ, Cellæ veteris Abbatis, multi tractatus & opuſcula ſcripta contra Lutherum de votis Monaſticis, de Miſſa de conjugio, de invocatione Sanctorũ, de una ſpecie Sacramenti, de auctoritate Papæ, de operum meritis, de conjugio ſacerdotum, obiit 1535.* Cæterum de vitæ ejus ratione, antequam in Abbatem fuerat electus, hæc nobis reliquit *Autor Maderianus* n. LXXII: Paulus Riparius, *alias* Bachman/ *natione* Theutonicus, *Patria* - - - *ſtudio & diſciplina* Lipzenſis, Monaſterii veteris Cellæ Ciſtercienſis Ordinis Miſnenſis Diœceſis Cœnobita, Procurator & Syndicus, Artiumque bonarum Magiſter inſignis, *vir ingenio præditus acuto & perſpicaci, & claro inſignitus eloquio. Et cum ſit literarum ſtudioſiſſimus,* in agibilibus nihilominus & externis rebus cauſisque Monaſterii tractandis & expediendis plurimum velox & expeditus. *Retulit equidem mihi, ſe ob cauſam quandam ſatis arduam,* quater & decies Ciſtercium ex Alemannia petiiſſe, *& diligenter ac fideliter negotium ſibi commiſſum executum fuiſſe. Cum itaque &* metro & proſa ſatis exercitatus *ſit, ſcripſit nonnulla* devotionis rythmice opuſcula. Quod Autor ille ipſum de facili expeditione rerum quarumvis & agilitate commendat, ejus documentum quoque eſſe poteſt exſtructio domus Abbatis (Abtey) in Oppido Roſwino, ſplendidi ſatis ac commodi pro tempore illo ædificii.

§. 108.

Anno MDXXXV. Paulo e vivis erepto, ſucceſſor ejusdem per electionem factus eſt Andreas Schmidewaldus,

Roſwinenſis, vel, ut alias audit, Ruspenſis, ultimus perinclyti hujus Monaſterii Abbas, qvi memoriam ſui præcipue concivibus ſuis inſigni Legato, qvod hodie adhuc pauperes ex familia ipſius percipiunt, reliqvit, anno 1586. demortuus.

Exſtruxit ille etiam nonnulla Hennersdorffii *ædificia*, & *eximium Templi ornatum* ſuo ære comparatum, eo *donaverat*, ultimum qvoqve ejusdem loci *Paſtorem* Catholicum conſtituerat, poſtea primum factum etiam Lutheranum. Illum vero paulo ante *Auguſti* Electoris Saxoniæ mortem an. 1586. obiiſſe, alicubi me legiſſe memini.

§. 109.

Anno MD XLVIII. die 16. Novembris ab Electore Mauritio generalis Theologorum Conventus Cellæ de accipiendo aut rejiciendo libro, qvi interim nomen gerebat, inſtitutus legitur, qvo omnes, qvi Torgaviæ antea congregati fuerant, convenerunt Georgius ſcilicet Princeps Anhaltinus, Philippus Melanchthon, D. Caſpar Cruciger, Johannes Förſterus, D. Joh. Pfeffingerus, D. Georg Major, Daniel Greſerus, Caſpar Zeunerus, Antonius Lauterbachius, ubi, cum in doctrina cedere non poſſent, deliberatum ſaltem fuit, an in adiaphoris & ceremoniis dare aliqvid adverſariis qveamus: ſed re in utramqve partem ventilata, ne ſic qvidem ad optatum perduci finem res potuit, ſed certæ annotationes ſaltem ad Librum illum fuere compoſitæ, ac decretum ſimul fuit, ſe reſponſuros Imperatori & acceptionem libri interim deprecaturos.

Sunt alii, qvi 10. Aprilis id factum tradunt, ſed falſo. Videatur Fabricius in Annalibus Miſn. p. 98. qvi tamen Pfeffingerum, Majorem, & Zeunerum omittit. Fauſtus in Geneal. Sax. p. 224. 226. Möllerus in Chron. Friberg. Annalibus p. 245. 246. Melanchthon in Epiſtolis ad Camerar. p. 591. Greſeri vita p. 79. Mulleri Annales Saxon. p. 113.

§. 110.

UPB

§. 110.

Eodem anno MD XLVIII, Monaſterio in profanos uſus converſo, Præfectus Cellenſis & Chemnizenſis factus eſt Wolffgangus de Schonberg, Toparcha in Nuenſorga, Knautheyn & Franckenberg.

Hujus teſtis eſt P. M. Sagittarius in ſplendore Familiæ Schonbergicæ p. 15.

§. 111.

Eodem Anno MDXLVIII. Johannes Hellwigius, Monachus diu antea vetero-Cellenſis, Fribergæ Catecheta, & qvi à maridie ſemper in Templo ad S. Petrum concionetur, conſtitutus eſt.

Confer Mölleri Chron. Fribergenſe p. 266.

§. 112.

Circa annum MDXLVIII. vel ſeqventibus annis Elector Mauritius, commodum Civium Dresdenſium publicum promoturus, inter alia prædium Leubniz, qvod olim ad Cellam veterem ſpectaverat, cum aliis adhuc pagis Strehla, Goppela, Goſterizio, Torna, Reigio, & Gompiz, nonnullisqve ſubditis in Krebs cum omni jurisdictione (excepto ſuperiori in Krebs, qvæ ad Pirnam pertinuit) Senatui Dresdenſi jure hæreditario conceſſit.

Vid. Weckius Chron. Dresd. p. 192.

§. 113.

Anno MDL, Monaſterio Grimmenſi in Scholam provincialem Mauritii Electoris juſſu & auſpiciis immutato, primus Rector eidem præfectus fuit Adamus Siberus, Adminiſtrator vero rerum Oeconomicarum (Schul-Verwalter) primus Wolffgangus Drechslerus, qvi in vetero-Cellenſi Cœnobio priorem antea egerat.

Debeo hoc MSto Chronico Grimmenſi.

§. 114.

Anno MDXCI. die 21. Junii Valentinus Koch / Faber lignarius Noſſenſis, hora duodecima meridiana in Cella mole muri labentis, in qvo disjiciendo erat occupatus, obrutus, occubuit, juſto ſine dubio Dei judicio, cum per annos 22. ſacra Cœna non fuiſſet uſus, cauſatus, ſemel tantum, cum ægrotaſſet, à Paſtore ſuo Jacobo Geyero fuiſſe inviſum, neqve tamen apud Succeſſorem illius eandem deſideraſſet, ſæpiuscule licet ab ipſo (M. Paulo Facklero) admonitus, id facturum ſe eſſe promiſiſſet. Corpore ejus ſublato & in magidem repoſito, illa media disrupta eſt, ſignoqve per campanam ad funus ducendum dato, piſtillum fractum fuit, nocte qvoqve præcedente dieqve ſeqvente vi magna ventorum audita.

M. Pauli Fackleri eſt relatio, qvam Eccleſiæ libro iſtius loci intulit.

§. 115.

Anno MDCLXXVI. die 21. Auguſti Johannis Georgius II. Elector Saxoniæ pietate in cineres & oſſa Majorum ſuorum motus, Wolffgango Rudolffo ab Ende in Ehrenberg, Wolffgango Caſparo de Klengel in Naundorff, & Antonio Weckio mandatum dedit, ut ſepulchra & Epitaphia illorum in Cellæ ruinis inveſtigarent, repertaq; ut melius cubent, facerent, exſtructo poſthinc novo etiam iſtic loci ſacello, qvod hodie adhuc viſitur. Qvod qva ratiõe fuerit executum, ſupra p. 23. adducta illorum relatio docet plenius.

Et tantum de origine, progreſſu, & excidio hujus Cœnobii hactenus mihi innotuit, reſtat ut Catalogum Abbatum, qvousqve eqvidem illi mihi certo innotuerunt, ſubjungam.

Series Abbatum Veteris Cellæ

Non ſolum, ut Fabricius eandem olim deſcriptam accepit, ſed etiam uti in ipſa Diſſertatione paſſim illorum mentio facta eſt.

1. *Heinricus de Fulda*, de quo vide ſupra p. 16. 17. 18. 19. ad annum 1162. 1175. 1181.

2. *Witi-*

2. *Witilibus (Wittichius) de Iſenach*, Abbas ſecundus. Catal. Abb. MSt.

3. *Lutigerus I.* Abbas tertius, de quo *Autor Maderianus* num. LXXIII. Lit. F, 2. qvod ſupra inſerere obliti ſumus, hic vero non poſſumus non addere, ſeqventia memoriæ prodidit: Ludigerus, *Abbas tertius Cœnobii Veteris-Cellæ, vir uſque quaque doctiſſimus, & divinarum Scripturarum ſcrutator ac Doctor profundiſſimus, ſcripſit in tribus Voluminibus* ſermones celebres ſpectatæ doctrinæ, *orthodoxos, Eccleſiaſticosqve ſtilo ſuo Doctores inſecutus, in quibus divino & terſo eloquio plerasqve divinæ Scripturæ difficultates, latentesque ſenſus ſub vario ſubtiliq; interpretamento luculenter reſolvit. In quibus revera declamationibus, qualis vir iſte, & quantæ devotionis, compunctionis, charitatis, zeli, pietatis, humilitatis, perfectæque virtutis fuerit, dilucide a quoque venari poteſt. Fertur, quod de Ordine Canonicorum, quos Regulares appellant, ad Ciſtercienſes transmigravit. Claruit 1125.* Quæ Epocha tamen ſic recte ſe non habere poteſt, cum Monaſterium 1175. fuerit perfectum, ille vero *tertium Abbatem* ibidem egerit; ſeqvitur ergo, qvod minimum 1225. eſſe debeat. *Michael Miris*, Monachus Cellenſis, in ſupra laudata *Dedicatione* ita ejus decantat laudes: *Habuit ea virum cum doctrina, tum ſanctitate, conſpicuum, venerabilem Patrem* Lutigerum, *quondam Abbatem, cujus Homilias adeo cuncti, qui vident, ſuſpiciunt, quo pari voce conclament omnes, nil eum differre mellifluo ſuo genere dicendi a veris magnisqve illis dicendi Doctoribus, Hieronymo, Auguſtino, Bernhardo, & aliis. Hujus ut in lucem veniant opera, ſummopere curandum erit.* Et *Joſias Simlerus* in Bibliotheca Geſneriana ſeqventibus ejusdem Scriptorum p. 460. meminit: *Ludigeri, tertii Abbatis Cellenſis in Miſnia, Sermones feſtivales, item per diverſa anni tempora, Ejusdem Liber Azymorum, Oratio de S. Bernhardo.* Vide ſupra p. 37. 38 45.

4. *Matthæus* vixit 1200. p. 34. ſub eo Tammo Prior, Gerardus Cellarius, Ludigerus Monachus.

5. *Henricus*, patria Schmollenſis.

6. *Bernhardus* vixit a. 1216. cujus ſupra p. 39. §. 29. mentio eſt facta.

7. *Wilhelmus* de Torga, obiit 1219. vide ſupra §. 30. p. 39.

8. *Ludigerus* II. vixit. 1224. p. 45.

9. *Theodericus*. Catal. Abb. MStus.

10. *Bernhardus*, Catal. Abb. MS.
11. *Gerhardus*, Catal. MSt. Abb.
12. *Martinus*, Catal. MStus Abb.
13. *Johannes*, Catalogus MStus Abb.
14. *Matthias*, vixit 1267. p. 50.
15. *Henricus*. Cat. MSt.
16. *Burchardus*, vixit 1279. 1283. p. 55. 56. 59.
17. *Fridericus*, Cat. MStus Abb.
18. *Cornelius*, vixit 1320. p. 77.
19. *Henricus*, Catal. MS. Abb.
20. *Witigo*, Abbas 1380. p. 88. 89. 90. 91.
21. *Burchardus*, vixit anno 1383. p. 92.
22. *Antonius de Mittweida*, vix. 1388. circa 1390. abdicavit officio p. 92. 93.
23. *Franciſcus*, vixit 1394. p. 93. adeoque illa, quæ ſupra ad annum 1388. p. 92. dixi, potius de anno 1398. intelligenda eſſe reor, qvam tamen epocham Dn. Knauthius ita mihi communicavit.
24. *Henricus*, Oederanus. Vixit 1414. p. 97.
25. *Johannes de Honsberg*. vixit 1451. 1464. p. 106.
26. *Conradus a Schönberg*, obiit 1469. p. 106.
27. *Johannus de Mochau vel Meca*, an. 1470. a Monachis occiſus p. 107.
28. *Witigo* de Miltiz. Catal. MStus Abb.
29. *Franciſcus*, Fribergenſis, Catal. MStus Abb.
30. *Johannes*, Hirsbergenſis. Hic vixit 1488. p. 107. 108.
31. *Leonhardus Steinmetzius*, Oſtrofrancus, vix. 1499. p. 108. Cat. MSt.
32. *Martinus de Lochau*, Gente ac mente nobilis, obiit 1522. p. 110.
33. *Paulus Bachmannus*, ſive *Amnicola*, Chemnicenſis, anno 1522. electus, obiit 1535.
34. *Andreas Schmidewaldus*, Roſwinenſis, electus 1535. obiit. 1586.

F I N I S.